

RAPH. FABRETTI
 GASPARIS . F. VRBINATIS
 DE . AQVIS
 E T
 AQVAEDVCTIBVS
 VETERIS . ROMAE
 DISSERTATIONES . TRES



R O M A E
 Typis Ioannis Baptistæ Bussotti . MDCLXXX.
 SVPERIORVM PERMISSV



RAPH. FABRETTI

GASPARIS. F. VRBINATIS

DE AQUIS

ET

AQUAE DVCTIBVS

VETERIS. ROMAE

DSSERTATIONES. TRES.

Imprimatur, si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

I. de Angelis Arch. Vrb. Vicesg.

Imprimatur.

Fr. Raymundus Capisuccus Sac. Pal. Apost. Mag. Ord. Præd.





ROMAE

Typis Joannis Baptistae Bazzani. MDCCCXX

EXTRINSECA PERMISSIO







3

DE . AQVIS
ET
AQVAEDVCTIBVS
VETERIS . ROMAE
DISSERTATIO . I

IOANNI . LVCIO . TRAGVRIENSI
VIRO . ILLVSTRI
RAPHAEL . FABRETTVS
GASPARIS . F . VRBINAS
FELICITATEM



FECIT studium in me Tuum, ne omnino displicerent mihi ea, quæ diebus superioribus de Aquis, circa Anienem à me obseruatis, ad Te scripseram: dum, & Tuo, & amicorum Tuorum nomine, (quos plurimos, eosdemque eruditissimos habes) ijs laudibus diligentiam meam affecisti, vt iam indè alacriorem me sentiam ad propositum de hâc materiâ examen profequendum: quod iam exequutus fuisssem, nî cælestium aquarum copia Aquaræ huic

meæ provinciæ aduersam se se exhibuisset . Non tamen omnino me cessasse putes : nam , etsi ad longè sepositos fontes Marcia , & Claudia iterum accedere , & certiori coniecturâ cogitationem mihi obortam prosequi non valuerim ; non inutiliter forsân , in proximiori Aquæ istius , quam* Felicem à suo
 1 ante Pontificatum nomine Sixtus perducens vocauit , olim quoque (vt audies) alio quamuis itinere Romam delatæ , me versatum Tibi ostendam .

Primò enim certum in ordinem digessi , & ad vnum eundemque Aquæductum pertinere deprehendi , omne opus , tam arcuatum , quàm substructionis supra terram , quod plures Valles circa Viam Labicanam , & postremò ipsam inter Gabinum , & Regillum Lacum planitiem , * in cuius supremâ parte
 2 ad meridiem , huius Aquæ riuus , nec non Osæ Fluij fontes emergunt , occupare inueni : quod iam mihi , adhuc de hac re incredulo , pluribus missis ac receptis epistolis dum Urbini essem , inculcauerat
 * Hadrianus * Auzout Rothomagensis , vir emunctæ
 3 naris , & non minus rerum naturæ , quàm antiquitatum sagacissimus perscrutator : similis enim vbique structura , riuique latitudo , atque altitudo , aliter dubitari non sinunt . Accipe igitur annexam in Chartâ Topographicâ totius Ductus seriem .

*Explicatio Chartæ Topographicae , Ductum
 Aquæ Alexandrinae continentis .*

1 *Vltima Romam versùs substructio huius Aquæductus
 in Vineâ Chartusianorum*

2 *Arcus*

- 2 Arcus LII. in Valle d'Acqua Bollicante
- 3 Substructio post intersectionem Via Labicanae
- 4 Arcus LXXXII. omnium altissimi in Valle di Casa Rossa
- 5 Arcus VII. modicae altitudinis in Vallicula sequenti
- 6 Arcus XXIII. in alia
- 7 Arcus XVIII. in alia
- 8 Aqueductus ex principali sinistrorsum deriuatus sub Casa Calda
- 9 Arcus CII. qui duas successiuas Valles occupant
- 10 Arcus XXVIII. in Valle della Marrana
- 11 Arcus XXII. in sequenti Valle, in gyrum dispositi
- 12 Arcus L. pariter in gyrum
- 13 Aqueductus ex principali dextrorsum deriuatus
- 14 Arcus unicus in medio substructionis pass. xij
- 15 Arcus XXVIII. sub Casale di Tor d'Angeli, Via Praenestina propiores
- 16 Arcus IIII. humiliores, & ferè obruti
- 17 Arcus unicus ex crassis Gabinis lapidibus super hoc riuo
- 18 Putei V, & indicia aliorum III. separatim descripti
- 19 Alius, antedictis similis
- 20 Noua emergso substructionis post longum riuum subterraneum, sub Casale di S. Antonio
- 21 Arcus LXVII. post Stabulum, vulgò Procoio di Pantano
- 22 Arcus LXII. in mediâ planitie
- 23 Arcus XLV. primi huius Aqueductus
- 24 Piscina Limaria, separatim descripta
- 25 Vestigia Ductus, Anienis Veteris (ut credimus) portionem deferentis
- 26 Rudera Templi ad IV. Lap. Via Latinae, Fortune forsân Muliebris
- 27 Piscina (ut credimus) Aquae Marciae
- 28 Alia, Aquarum Iuliae, & Tepulae.

Neque ex superuacuo nos laborasse putes, eò quia
 Regionis istius iam pridem * certam, & quàm ex- 4
 etis-

*Etissimam, & unà strictioris Latij Topographiam, non tam calamo, quam proprijs pedibus dimensam, delineatamque P. Athanas. Kirch. exhibuerit, vt in suo Latio par. 2. cap. 4. fol. 70. profitetur: nam, vt verum fatear, Tabula illa miseris modis deprauata est; siue quia, vir summus, & in geometricis consummatissimus ab incorporeis rebus, solâque intelligentiâ percipiendis, ad ista sensilia, quæ multum, & illiberrale requirunt otium, respicere, indignum putauit, vt ex Platone Plutarch. in vitâ Marcelli tradidit; siue quia Operarum incuriâ proditus fuit, ita vt omnia susque deque iacentia, & veluti casu quodam proiecta videantur. Inter quæ, ad rem nostram, (nam cætera libens, volensque prætermitto) in ipso loco prope Oppidum Columnæ, vnde hæc Aqua deriuatur, * Virginis origo esse dicitur, cuius fontes decem circiter milliarijs hinc absunt, ad Viam scilicet Collatinam, & octauo ab Vrbe lapide ex Frontino; ac prope Anienem Fluvium, in eâ Tabulâ nusquam extantem.*

Antequam autem ad pleniorē descriptionem, vltra ea, quæ in Chartâ generatim adnotantur accedam: subit mirari rerum humanarum vicissitudinem, & factorum quantumuis egregiorum obliuionem imminentem, cum præter ætatis damna, quæ præ structuræ firmitate perpeti hunc Aquæductum vix potuisse, quis sibi persuaserit; unâ cum rei vsu nomen ipsum authoris interciderit. Vt proinde, verius nescio, an elegantius, applicetur Poëtæ nostratis epiphonema,

Così


*Così, se bene un tempo, al Tempo guerra
Fanno l'opre famose, à passo lento
E l'opre, e i nomi insieme il Tempo atterra.*

Et quidem ingentes eiusmodi in publicum bonum extructæ moles, non eandem ac pyramides otiosæ fortem merebantur; ritè enim in illis, *iustissimoque casu oblitteratos fuisse tantæ vanitatis authores* exclamat Plin. hist. lib. xxxvj. cap. xij, sed indignè prorsus fama egregij, & vtilissimi operis culpâ temporis, & silentio Scriptorum euanuit. Demus tamen, Conditoris nomen fuisse obliuioni per aliquot hucusque sæcula traditum; at nequaquam de hoc opere dici potest, illud solo penitus procubuisse; nam in ipsis ruinis, ac parietinis, tantum est adhuc, quod veluti attoniti contemblemur, vt quemadmodum Tempori rerum edaci tandiu restiterunt, ita perpetuam quandam durationem, & feræ posteritatis admirationem polliceantur.

* Opus ipsum vndique lateritium apparet, expositâ laterum facie, & exactè ad lineam dispositis ordinibus. Pilæ quadratæ viij. pedum crassitiem implent. Distantia pilarum, siue arcuum apertura, est vbiq; ped. xij, præterquam in vltimâ Valle versùs fontes, vbi x. ac semis; vnicâ vbi demissiores, duplici verò in altioribus laterum bipedalium serie efformati. Quò verò maior operi soliditas accederet, eminentiores ex istis arcubus fornicem alium inferiùs curuatum habent, quo pilæ inter se colligentur, nèue immenso hiatu fatiscant. Specus mensuram, retractiones, ornamenta, mutulos, ac cætera


minu-

minutiora, binæ quas adiungimus delineationes melius exhibebunt: quarum ea quæ prior est, opus Vrbi propinquius; secunda, arcus in vltimâ, & vliginosâ Valle, dictâ *di Pantano* repræsentat;




A Specus, latus ped. ij. & semis, altus usque ad curvaturam fornisis ped. iv. & semis. Fornix ipse ped. i. unc. iv. Latera hinc inde crassa ped. ij. unc. iij

A Spe-



A Specus, latus ped. ij. vnc. viij. Latera eiusdem crassitiei
B Spiramina varijs interuallis distributa, patent in quad. p. ij.
C Supercilium lateritium circa lateres arcuum (& sem.
D Forma Puteorum ad terræ egestionem, & spiramentum
 Aquæ super Ductu excuatorum, foraminibus laterali-
 bus ad scansionem dispositis

Opus eorum ex topko, & latere alternatim compositum est. *
 quibus tertiam, * Piscinam Limariam num. 24. adic- 7



cimus, in quâ Aqua excipiebatur, & quasi respirante riui cursu, limum deponebat, (quod erat præcipuum Piscinæ munus ex Front.num.26.) Ex Ductu enim superno A, Aqua per ostium B in lacum C ingrediens, ibique depurata, rursus per D in E se exonerans, Romam versùs iter continuabat.

Vetus ex eisdem rei status oculis subiectus est, hodie plurimum immutatus, quâ disturbatis, quâ resectis arcubus, & quidem non vno tempore: * alibi enim lateritio munimento fornices suffultos, pilasque circumplexas videas; alibi (& id pluribus in locis) rudi topho suffarcinatas refectiones, vnde artis ignorantia, & curtæ restaurantium vires, animique se produnt. Quæ verò Ductus pars Vrbi proximior erat, adeò incursum, & vastationum damna sensit, vt appareat, primam substructionem, primosque arcus ad dextram Viæ Labicanæ occurrentes ad num. 1. & 2, à solo fuisse resectos; nihil enim in illo opere, quod elegantiam, aut mensuram residui sapiat, reliquum manet*. Est quoque notandus, recens, siue vsus, siue abusus huiusce Aquæductus, vbi super eisdem arcubus num. 2. nullo specu, sed riuo in ruderibus excauato, hodie contrario cursu, Aquæ Crabræ portio fertur, & orientem versùs deducitur,

Tantum cui longinqua valet mutare vetustas.

Arguit itaque diutissimè hanc Formam permansisse, tam varietas dictarum restorationum, * quàm crustæ vix credibilis crassities, nedum in ipso riuo penè obstructo, & sæpius ad dodrantis intercapedinem

nem restricto ; sed ad latera exteriora ipsius Ductus ,
vbi humor ex eodem exsudans , in ingentes moles ,
quæ vehem scæni onustam imitantur , coaluisse vi-
demus . Quod malum cum aquis Tiburtinæ regionis
commune habuit : nam , & ipsa Marcia ,

Quæ tam candida , tam serena lucet ,

Vt nullas ibi suspiceris undas ,

Et credas , vacuum nitere Lygdon ,

vt de eâ Martial. lib.vj. epig. xlij. cecinit ; Deûmque
vt ait Plinius , *munere Vrbi tributa* , in crustam
longè hâc , de quâ loquimur , spissiore , magisque
compactam induruit : hæc namque obscurior , &
turbidior , sed æquè rarior , ac fragilior existit .

Quæ autem ratio impulerit Architectum , * vt
contemptâ rectâ viâ , quæ etiam vti altior minoris
operis arcuati indigebat , per demissiora , & conca-
ua loca Aquam ducere instituerit , diu multùmque
me latuit : ita vt ob tantam Ductus obliquitatem ,
ex angulo ad Prænestinam Viam ad num. 26 , rectâ
Tibur , quod ibi respicit , petere iudicauerim ; donec
tandem ex sæpius locorum iteratâ inspectione , &
amici monitu , vt dixi , reliquo operis reperto ,
causam rei inuenisse , & prouidentiam illorum tem-
porum exsoluere posse putavi . Credo etenim , soli
firmitatem , quamuis per longioris itineris anfractus ,
fuisse quæsitam , quæ in recto tramite non æquè
ac in subiectis locis reperitur . Regio enim ista , quò
propiùs ad Anienem accedit , eò magis solidâ hu-
mo consistit , & * rubentis Collatini lapidis per
Strab. lib. v. celebrati latomijs scatet . Nec tantum

fundamenta stabili loco iacere par erat ; sed quia Ductus ipse , uti optimus , maximusque est , totus ex cæmentis compositus est , (si exteriorem tantummodo lateritium veluti corticem excipias) pertinebat ad operis perennitatem , solidiora , quam fieri poterat , cæmenta non longè exquirere , sed circa opus colligere . Addam quoque , etsi ratio deesset , speciem magnificentie vltro appeti potuisse , ostentatione * altissimorum fornicum , quorum ope , pluribus in locis ad lxx. pedum fastigium attollitur .

13 Descripto opere , restat modò , ut istius Aquæ perducendæ authorem inquiramus , & rem hæcenus antiquitatis studiosis intactam , siue aliquibus desperatam , Eruditorum censuræ exponamus . Intentasse quidem videtur , sub specioso , & omnem hanc Aquarum materiam comprehendente titulo * *De*
 14 *Aquis veteribus in Urbem Romam influentibus* , Aldus nepos de quæst. per epist. lib. 1. cap. 2. verum dum procæmio gustum acuate allectus , opiparam mihi promitto cœnam , nil præter macerrimam Frontini epitomen , mendis insuper scatentem , & alias quasdam ex Plinio quisquilias appositas , cum nauseâ vidi . Iam igitur , ut meæ coniectioni , nullo quamvis adiutore , viam sternam ; illud præmittam , nempe hunc Ductum inter ix, quos Front. descripsit , connumerari non posse ; id quod ex ipsorum recensionibus euidenter conuincitur .

* Non enim hæc Appia fuit : illa etenim inter
 15 mill. vij. & viij. Viæ Prænestinæ sinistrorsus concipiebatur , totaque subterranea (demptis pass. lx. pro-

proximè ad Portam Capenam) deueniebat, ex Front. num. 4; hæc ad dextram Prænestinæ, Labicanæ Viæ propior, emergit ad mill. xiv. circiter, (vltra iij. ferè pass. M, quæ à conceptelâ, & acquisitionibus, quorum initium est ad ipsam Viam Labicanam, vsque ad dictam emersionem intercedunt) plurimoque opere tam supra terram, quàm arcuato insignis deuehitur, vt in Chartâ speciatim explicauimus.

In hâc, alijsque Frontini nuncupationibus, * Indicem M. S. Benedicti Millini, iam per omnes Vr-
banos codices diffusum, vtî diligentissimum, & copiosissimum sequimur; quòd si fortè ad manus non est, sciant lecturi, à num. 49. librum II. incipere, & per enumerationem quinariorum vniuscuiusque Aquæ, ad numerum vsque 74. procedere, & cum numero 105. finem accipere. 16

* Non Anio Vetus: quia origo ipsius supra Tibur ex Front. num. 7, huius autem nostri sub Oppido Columnæ, vbi Labicum cum Holstenio fuisse credimus, omnem confusionem excludit: ita vt non sit opus excutere differentiam substructionis supra terram, quæ in Aniene est passuum DCCII, in hoc verò Ductu pass. IIII. M. CCL; & carentiam in Aniene Vetere omnis prorsus operis arcuati, quod in isto est passuum II. M. CCCXXV; itemque recentior, quàm illa Anienis Veteris structuram; illam namque, florentibus Reipub. temporibus, A. V. CDLXXXI. factam ex Front. sci-
mus num. 6; hanc post Imperium productam indicat* later ibi repertus cum hoc Figlinæ signo, AVG. N. 18
siuè

siue *Augustum Nostrum* commemorante ; & quidem arcubus primitiuis insertus , ne occasione refectionum inditum dubitemus .



* Non Virgo , cuius fontes etiamnum conspicui
19 sunt ad Viam Collatinam mill.viii, vbi eos Front.
describit num.16.

* Non Marcia , Claudia , seu Anio Nouus , quæ
20 omnes Aquæ Viâ Valeriâ , vel Sublacensi ortum ha-
bebant , ex eodem Front.num.10. 20. & 22.

* Non Iulia , aut Tepula , quæ ad dexteram
21 Viæ Latine conceptæ , in eisdem arcus , Aquæ sci-
licet Marciaë recipiebantur , vt ex Front. numer.27.
patet .

* Non

* Non denique Alfietina, quæ ex Lacu huius nominis in Etruriâ, Viâ Claudiâ mill. xiiij. Diuerticulo dextrorsus pass. VI. M. D. petebatur, iuxta Front. num. 17; cùm ista in Latij meditullio scaturiret. 22

Hiscæ omnibus, inquam, Frontini Aquis exclusis: cùm pro comperto habeamus * Seuerum Alexandrum Aug. Aquam perduxisse, nec alteri hunc Aquæductum, aut huic authori alium Ductum attribui posse; liquidò consequitur, Alexandrum fuisse huius operis authorem. 23

Quòd Alexander Aquam duxerit, aperit nobis Spartian. in eius vitâ per sequentia verba, *Opera veterum Principum instaurauit, ipse noua constituit. In his Thermas nominis sui, iuxta eas, quæ Neronianæ fuerunt, Aquâ inducât, quæ ALEXANDRINA nunc dicitur.*

Hoc idem ostendit nummus ipsius cum Thermis ac Fonte, per quem, Aquæductum significari mos fuit, in Museo Rondanino optimâ sui formâ, & conseruatione (vt rei nummariæ periti vocant) conspicuus, vnde exemplar deprompsit Angelon. in hoc Cæsare num. 3; quamuis Oïsel. Baianum sinum, & nauim significari credat Tab. CIX. 7.

Meminerunt quoque huius Aquæ ALEXANDRINAE Pub. Victor, & Notitia Imperij.

Quòd tandem, neque huic Imperatori alius Ductus, neque huic Ductui alius author dari possit, (hæc enim duo iam se inuicem consequuntur) patet; quia, vltra Frontini Aquæductus, * duos tantum agnouit in hâc Vrbe posteritas; hunc videlicet, de quo 24

* quo sermo est, ac * alium trans Tiberim Traianæ
 25 Aquæ, vt probabimus, quæ fecus Viam Aureliam
 per duo ferè passuum M. delata, per Portam, quæ
 siue Aurelia sit, siue Pancratiana, prout vsque à Pro-
 copij temporibus vocabatur, Urbem ingreditur, & in
 summo Ianiculo se ostendit.

Vt enim alios arcus, & Aquarum specus, qui per
 Urbem sparsi sunt, calamo hâc occasione, vt pluries
 oculis simul fecimus, perlustremus; quò hanc, seu
 aliam, quæ Alexandri nomen ferret, Aquam recepisse
 excludamus: * Ij, qui ab orientiori Urbis angulo om-
 26 nium altissimi, secundùm Urbis mœnia, ad Portam
 Maiorem deueniunt, Claudiam, & Anienem Nouam
 deferebant, vt Frontin. num. 28. tradidit, & ostendit
 sequens inscriptio quattuor versibus comprehensa,
 ibi ex vtroque latere inhærens.


TI. CLAVDIVS. DRVSI. F. CAISAR. AVGVSTVS.
 GERMANICVS. PONTIF. MAXIM
 TRIBVNICIA. POTESTATE. XII. COS. V. IMPE-
 RATOR. XXVII. PATER. PATRIAE
 AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS. QVI. VO-
 CABANTVR. CAERVLEVS. ET. CVRTIVS.
 A. MILLIARIO. XXXXV
 ITEM. ANIENEM. NOVAM. A. MILLIARIO.
 LXII. SVA. IMPENSA. IN. VRBEM. PERDV-
 CENDAS. CVRAVIT

* Proximi istis, ad dexteram Romam venientibus,
 27 erant alij, qui Specus Aquarum Marciae, Tepulæ, ac
 Iuliæ sustentabant, quorum vix superest vestigium,
 cùm eorum rudera operi arcuato Sixti V. cesserint.

Quâ

Quà verò integri procul ab Vrbe adhuc remanent, in Villâ rusticâ Fundi, *Sette-bassi* nuncupati, ad V.lap. Viæ Latinæ, in exactissimam formam, summamque firmitudinem * hâc specie constructos inueni;

28



*A. Specus, latus ped. II. & semis; altus ped. V. & semis.
Laterâ hinc inde crassa ped. I. & unc. III*

*B. B. Tota specus altitudo, & fascia sub Arcubus, constat
ex lapide Collatino rubente*

*C. C. Terni lapidum ordines sub specu, ex Tusculano lutei
coloris, Sperone nuncupato*

Reliquum opus ex lapide Gabino subfusco

vt rectè Propertio dictum sit lib. III. eleg. XXII.

... eternum, Marcius humor, opus,

verèque Plutarc. in Coriolano, maximum hunc, &

C


pul-




pulcherrimum Aquæductum vocauerit, quæsitâ insuper ex discolore lapide elegantia.

*
29 Nec dubium est, quominus iunctæ, atque * ordine supra exposito ascendendo deuenerint; tum ex his verbis Front. num. 27, à *Piscinis in eosdem arcus recipiuntur, summus ijs est Iuliæ, inferior Tepulæ, deinde Marcia*; tum ex alijs num. 25, *altissimus Anio est Novus, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, dehinc Marcia*; & paullò infra, *sextum tenet libræ locum Anio Vetus &c.*, sequitur *huius libræ Virgo, deinde Appia*. Quæ omnia, optimè respondent sectioni scenographicæ, quam proponimus vtriusque Specus, Claudiæ, & Anienis Nouæ ad Portam Maiorem, extra quam, ad dexteram intrantibus, earundem Aquarum Iuliæ, Tepulæ, Marciaë Riu, * vt hic vides (non quidem Claudiæ, vt Fabric. cap. 30 xviii. pag. 201. malè coniecit) sese offerunt;

- A. Specus Anienis Nouæ
- B. Specus Claudiæ
- C. Specus Iuliæ
- D. Specus Tepulæ
- E. Specus Marciaë
- F. Locus inscriptionis Ti. Claudij Cæsaris, supra num. 26 exposita
- G. Locus inscriptionis Vespasiani Cæsaris, in restitutione huiusmodi Aquarum
- H. Locus inscriptionis Titi Cæsaris, eadem occasione appositæ.
- I. I. I. Summitas fornicis conuexi exterioris Aquæ Felicis, VI. pedibus sub fundo Claudiæ, VIII. supra fundum Iuliæ.



Scala ped: Roman: XXV



qui deinde ad Portam recentem Sancti Laurentij, inscripto nomine Marciae in sequentibus epigrammatis Titi, & Caracallæ, (ne de eis hæsitatio remaneat) rursus apparent.

IMP. TITVS. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVG. PONTIF. MAX
TRIBVNICIAE. POTESTAT. IX. IMP. XV.
CENS. COS. VII. DESIGN. VIII
RIVOM. AQVAE. MARCIAE. VETVSTATE.
DILAPSV. REFECIT
ET. AQVAM. QVAE. IN. VSV. ESSE. DESIERAT. REDVXIT

IMP. CAES. M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS
FELIX. AVG. PARTH. MAXIM
BRIT. MAXIMVS. PONTIFEX. MAXIMVS
AQVAM. MARCIAM. VARIIS. KASIBVS. IMPEDITAM. PVRGATO. FONTE. EXCISIS. ET. PERFORATIS
MONTIBVS. RESTITVTA. FORMA. ADQVISO. ETIAM. FONTE. NOVO. ANTONINIANO.
IN. SACRAM. VRBEM. SVAM. PERDVCENDAM. CVRAVIT

* Qui à Porta Maiori ad sinistram per Cœlium se extendunt, Neroniani vocabantur, & partem Aquæ Claudiaë deferebant, vt ex Front. num. 28. edocemur, *Finiantur arcus eorum* [Claudiaë, & Anionis] *post hortos Pallantianos, unde in usum Urbis fistulis deducuntur, partem tamen sui Claudia prius in Arcus, qui*

vocantur Neroniani * *ad Spem Veterem, transfert: ij*
directi per Coelum montem, iuxta Templum Divi 32
Claudij terminantur. Ex quibus verbis patet, fal-
 sam, & diminutam esse diuisionem Aquæ Claudæ,
 quam suprà memoratus Fabric. eod. cap. xvij. pag. 201
 expediit, *quasi vnus Ductus è Coelio in Capitolium,*
alter in Auentinum tenderet: nam iste, subdivi-
 sionem, pro primâ, & summâ diuisione, contra Fronti-
 num, diuenditauit; illius scilicet partis, quæ per Ar-
 cus Neronianos transferebatur, remanente, ac præ-
 termisâ alterâ, quæ (vt vidimus) *post hortos Pal-*
lantianos in usum Urbis fistulis deducebatur. * Cœ-
 limontanos quoque appellatos fuisse, monstrat fe- 33
 quens inscriptio apud Grut. pag. clxxxvij. 3:



IMP. CAES. DIVI. M. ANTONINI
 P. I. GERM. SARM. FILIVS. DIVI. COMMODI
 FRATER. DIVI. ANTONINI. P. I. NEP. DIVI
 HADRIANI. PRONEP. DIVI. TRAIANI
 PARTHICI. ABNEP. DIVI. NERVAE. ADNEPOS
 L. SEPTIMIVS. SEVERVS. PIVS
 PERTINAX. AVG. ARABIC. ADIAB. PARTHIC
 MAX. PONT. MAX. TRIB. POT. VIII IMP. XI
 COS. II. P. P. PRO. COS. ET
 IMP. CAES. L. SEPTIMI. SEVERI. P. I.
 PERTINACIS. AVG. ARABIC. ADIAB
 PARTH. MAX. FIL. DIVI. M. ANTONINI
 P. I. GERM. SARM. NEP. DIVI. ANTONINI
 P. I. PRONEP. DIVI. HADRIANI. ABNEP. DIVI
 TRAIANI. PARTHIC. ET. DIVI. NERVAE. ADNEP
 M. AVRELIVS. ANTONINVS. PIVS
 FELIX. AVG. TRIB. POTEST. III. PRO. COS
 ARCVS. COELIMONTANOS. PLVRIFARIAM

VETVSTATE. CONLAPSOS. ET. CONRVPTOS
 A. SOLO. SVA. PECVNIA. RESTITVERVNT
 quæ licèt in Regione Harenulæ extare dicatur, IN
 hoc tamen *AQVÆDVCTV ANTE HOSPITA-*
LE SANCTI IOHANNIS OLIM AFFIXA
 erat, vt enunciatur in veteri M. S, quod in suâ instru-
 ctissimâ Bibliothecâ asseruat, instructor ipse omnige-
 nâ literaturâ, Illustris. D. * Marcellus Seuerolius.

34 * Quid modò sibi velit * Nard. lib. viij. cap. iv. fol.

35 107, non satis intelligo, *Gli Archi Neroniani hoggi*
appaiono di materia lateritia, mà gli altri, che son
fuora delle mura, fatti di grosse pietre, danno indi-
zio, che ancor questi fossero di non minor magnifi-
cenza; onde quel che hoggi se ne vede, fù incami-
sciatura fatta loro forse in tempi meno felici &c.
 Nescio enim, cur in hâc parte Aquæ Claudiae, à Ne-
 rone, ex principali Formâ aliorum tendente, deri-
 uatæ, eandem ac in toto Aquæductu structuram la-
 pideam exigat, ita vt de refectione horum arcuum,
 & solo lateritio cortice dubitet. Vbi enim lapidei
 operis toto hoc tractu vel leue vestigium? & quo-
 modo pilis istis lateritijs, nimîâ gracilitate, & suorum
 arcuum amplitudine vitiosis, nâ ratio circumiacen-
 tia Urbana ædificia, minùs quàm fieri potest, offu-
 scandi excusaret; pilis, inquam, istis, viij. tantum
 pedes longitudinis, vij. latitudinis habentibus, duplò
 ferè maior aliarum lapidearum moles comprehendi
 potuisset? vt ex vtriusque * Ductus, quem hâc occa-
 36 sione exhibemus, comparatione deprehendere lice-
 bit.

A. Spe-



- A. Specus Claudiae, latus ped. iiij. unc. iij, altus ped. vi. Latera hinc inde crassa ped. iij
- B. Specus Duellus Neroniani, latus ped. ij. unc. ix, altus usque ad curuaturam fornicis ped. v. & semis. Fornix ipse ped. i. & semis. Latera hinc inde crassa ped. i. unc. x. & semis
- C. Lateres arcuum diuersâ magnitudine; interiores nempe bipedales, exteriores ped. i. unc. iv
- Apertura arcuum, ubi amplior, est ped. xxvij. & semis; minima ped. xvij. & semis; & inter hæc extrema passim varians, pro modo elationis ipsorum.

* Refectionem verò Seueri, & Antonini, de quâ inscriptio, ostendunt omnes illi arcus, qui à simplicitate, & venustate eorum, quos descripsimus recedunt; & hos tantum obseruasse Nardinum credimus, dum opus exactissimum, *incamisciatura in tempi meno felici*, appellare placuit. Nec enim, quia lateritios* suos Arcus Nero construxit, (aliàs oppidò


37

* 38 quàm elegantes, & suo conditore dignissimos) ideo minus magnificos, vtilesque iudices: nam Vitruuius hæc potissimum materies probatur lib. ij. cap. viij, ubi plura per vniuersum Orbem ex latere constituta, publica, Regiâue opera enumerat, & tandem in hæc verba desinit, *Cùm ergo tam magnâ potentiâ Reges, non contempserint lateritiorum parietum structuras, quibus, & vectigalibus, & prædâ sapius licitum fuerat, non modò cæmentitio, aut quadrato saxo, sed etiam marmoreo habere; non puto oportere improbare quæ è lateritiâ sunt structurâ facta ædificia, dummodo rectè sint perfectâ.*

* Alij arcus, qui ab eadem Portâ Maiori dextror-

trorsum ad Castellum, siue Emissarium, vt vocat Grut. pag. cclxxiv., prope Fornicem Gallieni desinunt, prorsus in eadem librâ sunt, ac iam dicti Neroniani; vnde certum quoque est, reliquum Aquæ Claudiae, (vt benè Grut. ibidem aduertit) siue etiam Anienem Nouam illi superpositam deuexisse; quæ duæ Aquæ ante Frontinum miscebantur, vt ipse ait numer. 78: & hunc, eundem esse locum post hortos Pallantianos, vnde iuxta citatum num. 28. finitis Ductuum arcibus, & per quinque (vt dicemus) ostia immensâ Aquarum copiâ ostentatâ, in vsum Urbis fistulis deducebatur; nulla enim alia Aqua (cùm hæ supremæ omnium fuerint) ad tantam altitudinem ascendere poterat. Aniene ergo ipso, gelidoque Simbriuio frigidior remanet * coniectura recentis Scriptoris, qui ex hoc Castello (sic vocat) 40
 Aquæ Marciae, tanquam per Traianum excitato, dum illam restituit, & auxit, siue in Auentinum perduxit, (id quod tamen nusquam apud Frontinum ab ipso laudatum, sed tantum apud Angelon., pluries, & in hoc præcipuè vaniloquum ad nummum 27. Traiani, me legisse memini) Trophæa ibi olim existentia Traiano inscribit. Nam Aqua Marcia, cuius certam, & proximam altitudinem habemus in dicto ad Portam Maiorem eiusdem Riui, XXV. & amplius pedibus Claudiâ humilior remanet, vt in supra expositâ sectione, & librâ quinque illorum Aquæductuum apparet; nec proinde in cacumen huius Castelli euadere valuit. * Hæc siquidem certitudo, mathematicis demonstrationibus explorata, Nardini 41

coniecturam lib.viii. cap.iv. pag.505, *E forse nel Castello, che ancor dura sotto i Trofei di Mario, presso S. Eusebio, i tre forami che vi si veggono al pari, diffondeuano ancor iui le medesime tre Acque (intellige Iuliam, Tepulam, Marciam) distintamente; imò indubiam assertionem lib. iv. cap.ij. pag. 161, Che iui sorga vn Castello dell'Acqua Martia, non si dubiti, vedendosene chiara la diuisione in tre capi, aliàs ex se labantem omnino destruit: labantem, inquam, quia illis tribus foraminibus à Nardino visis, alia duo ad latera addenda sunt; (tot enim illud Emissarium ostendit) quæ omnia quinque (ne alias propterea duas diuersas Aquas Nardinus ingerere opus habeat) ex vnico Specu deducebantur, distributâ, vt hic vides*



A Specus principalis Ductus, per quem Aqua ad Emissarium deferebatur

B Murus obiectus, ubi primùm Aqua impacta, in duos alueos

ueos se diuidebat

C Ostium medium, per quod Aqua è plano D aliquantum descendens emittebatur.

EE Specus laterales, per quos Aqua portio rursus in FF. GG. binis hinc indè ostijs se deijciebat.

erogatione, quam nemo (quòd sciam) hucusque aduertit. * Dimidio ferè minùs errauit Fabric., qui eundem Ductum, inter Portam, & Trophæa Marij à se agnitum, Iuliæ Aquæ, cæteris duabus altioris, fuisse dicit; altitudinis & ipse parùm sollicitus, sed, vt alij, quod in buccam venit eructans cap. xij. de Aquæd. pag. 202. 42

Maioris momenti erit (ex communi, vt Tute iudicabis, Antiquariorum hallucinatione) definire, ad quamnam ex veteribus Aquis spectaret * Ductus ille lateritius, qui tribus ferè stadijs secundùm Viam Latinam ad læuam Romam venientibus progrediens, in angulo mœniorum magis meridionali Urbem ingreditur, supraque Fornicem, Portæ Sancti Sebastiani proximum, Viam Appiam transilit, & versùs loca XII. Regionis, & Piscinæ publicæ tendit: nemo enim hucusque non intrepidè asseruit, Arcum illum ipsissimam esse Portam Capenam, Aquâ Appiâ desuper cadente humidam, madidamque, vt eam Poëtæ describunt. Priùs itaque debellandus iste vulgaris error; ostendendumque est, neque huc Appiam Aquam peruenisse; neque hoc loco, sed longè retrò, Urbem versùs, Portam Capenam stetisse. 43

* Et quoad Aquam Appiam attinet; res adeò absurda est, vt mirum sit, Lucam Pætum de restit. 44

Aq. Virg. in principio, aliosque insignes, & incomparabiles viros, adeò Frontini immemores fuisse, ut hanc, quæ omnium Aquarum (Alfietinâ trans Tiberim demptâ) infima erat, iuxta seriem ab eo recensitam citato num. 26., ad summum illius Cliui ascendisse putauerint, cui ipsa Virgo, longè inferior, mensurâ docente, reperitur. Nec minùs repugnat breuitas substructionis, & supra terram operis arcuati LX. pass. in totum, quod Front. num. 4. proximè ad Portam Capenam Appiæ tribuit, euidenti pass. CCCCL. circiter substructioni, quâ Ductus, de quo agitur, à Viâ Latinâ ad Appiam deuenit.

- *
45 Quò verò ad situm veteris Portæ Capenæ, res adhuc est clarior, auctoritate Strabon. his lib. v. verbis, in quibus Latinæ ab Appiâ diuertigium extra Urbem, & proinde vltra Portam Capenam fuisse ostendit:
- Α'ρχὴ δ' ἡ Λατίνη ἐστὶν ἀπὸ τῆς Ἀππίας, ἐκ ἀριστερᾶ ἀπ' αὐτῆς ἐκτρέπουσιν πλείστον Ρώμης, εἴτε διὰ Τυσικλανῆ ὁροῦς ὑπερβαῖν, μετὰ τὸ Τυσικλοῦ πόλειος καὶ τῆς Ἀλβανῆ ὁροῦς, κατὰ τὸν ἐπ' Ἀλγιδὸν πολίχριον, καὶ Πικτὰς παρυκτῆα, *Incipit Via Latina ab Appiâ, ad sinistram ab eâ prope Romam deflectens, ac super Tusculanum Montem transit, inter Tusculum Oppidum, & Montem Albanum, descenditque ad Algidum Oppidulum, & Pictas Tabernas*, quæ verba adeò perspicua sunt, ut Criticorum varias lectiones, & coactos intellectus non admittant. Accedat, * quòd, cùm Plin. lib. iij. cap. v. & Dionys. lib. ix, Urbis ambitum, abruptis Collium, Aggere Tarquinij, & Fluvio terminauerint; non potest commodius Capenæ situs animo concipi, quàm in lineâ du-
- *
46

ductâ à Rupe Cœlij Montis, sub hortis Matthæijs, ad crepidines Auentini, sub Aede Diuæ Mariæ, & munimento Pauli Papæ III.

Et quia, ea veritatis prærogatiua est, vt illi omnia concinant: hinc fit, vt cuncta authorum de hâc re loquentium dicta, quæ alios in diuersa traxerunt, huic nostræ opinioni plana omnino, & facilia se se offerant. Quid enim magis conueniens, imò necessarium, quàm, ad hoc vt Aquæ Appiæ, omnium cîs Tiberim depressiori, *proximè ad Portam Capenam* transitum demus, eam à Cliuo in planitiem reducamus? Vbi nam aptius, quàm in situ per nos indicato, scilicet per fauces (vt sic dicam) Cœlij, & Cliui illius Auentino à meridie obuersi, in quo Templum S. Balbinæ erectum fuit, substructio, & opus arcuatum Aquæ Appiæ, LX. non ampliùs passuum, se ostendere potuit? Et, quod omne argumentum superat, re verâ locus, in quo Appiæ Riuum pluribus à sæculis incognitum, nouissimè, & inter hæc scribendum deteximus, (de quo mox dicam) mirum in modum cum hâc sententiâ concordat. Hoc etiam pacto * Sex. Pompeius Festus, apud quem *Lemonia Tribus à Pago Lemonio appellata est, qui est à Portâ Capenâ Viâ Latinâ*, propriè, vt celebrem Grammaticum decebat loquutus fuit, nec manum ferulæ Holstenij supponet, qui ita illum, & cum eo Ortelium in annot. arguendo reponit fol. 104. Ergo inter Appiam, & Latinam Viam fuerit, nam à Portâ Capenâ incipit Via Appia, à Latinâ autem eiusdem nominis Via: imò, inquam cum Festo, & in ipsâ
Viâ

Viâ Latinâ esse potuit, & non nisi à *Portâ Capenâ* adiri, non verò à *Latinâ*, cuius, nec res, nec nomen, ante productionem mœniorum Aureliani fuit. Respondet denique ad vnguem locus nostræ
 48 Capenæ* loco vbi reperta fuit Columna milliaria lapidis I, in Capitolium postea translata, in Vineâ scilicet Nobb. de Naris, quæ prima est ad dexteram exeuntibus à recenti Portâ Sancti Sebastiani; à quâ retrocedendo, in lineâ per nos ductâ mille passus explentur. Dicet aliquis, Columnam alibi forsan constitutam, ibi posterioribus sæculis transferri potuisse: sed iste physicâ suâ (vt Scholæ vocant)
 49 * possibilitate ad impugnandum pro libito vtatur; nos morali verisimilitudine, alijs quoque argumentis suffultâ, ad sustinendum contenti erimus. Quenam ergo cœcitas mentes occupauit, vt tot Philologorum acumen Strabo tam clarè loquens effugerit? cùm ex solo veteri Iuuenalis* Scholiaste ad vers.xj. sat.iiij. *substitit ad veteres arcus madidamque Capenam*, videatur concludi posse, eius tempore denominationem Portæ Capenæ aliorum translata, sed pristinum locum adhuc cognitum fuisse; ita enim ille, *madidam, ideo quia supra eam Aqueductus est, quem nunc appellant Arcum stillantem; primum enim usque ibidem fuerant Portæ, quæ Porta Capena vocabatur*. Ille igitur *Arcus stillans*, Ductus Aquæ Marcie profectò extitit, qui *madidam*, longeuæ ætatis vitio, Iuuenalis tempore *Capenam*, siue cum Martial. epigr. xlvij. lib. iij, *grandi guttâ pluentem* constituebat. Cur namque Fronti-

ni locum num. 4., Aquæ Appiæ substructionem, & opus arcuatum, *proximè ad Portam Capenam* indicantem, verbis ipsis, simulque naturæ loci vim adhibentes detorquent, & Aquam Appiam non *proximè*, vt Frontin. voluit, sed *supra* Capenam ducunt, præteritâ & neglectâ eiusdem Frontini de Aquâ Marcia *supra Portam Capenam* traditione? *Marcia autem, parte sui post hortos Pallantianos, in Riuum, qui vocatur Herculanæus, deijcit se per Coelium. Ductus ipsius, montis visibus nihil vt inferior subministrans [modus, deficere videtur] initur supra Portam Capenam*: Hæc Front. num. 28, vltra cuius auctoritatem, natura ipsa loci, vt dixi, & agnitus à me, vt infrà ostendam, verissimus Aquæ Appiæ Ductus, illum à culmine Portæ Capenæ excludunt. Nam, vtcumque Appiæ libra tantam eleuationem, octo circiter passuum, pateretur, quot ad ascensum fornicis, Arcu recentis Portæ S. Sebastiani non maioris requirebantur; iam reliquum operis totam Vallis latitudinem occupasset, & LX. passus, quos Frontinus transmissioni Appiæ assignat, nec quater, vel quinquies sumpti suffecissent. Aquam itaque Appiam (postquam Marciam Portæ Capenæ superinieciimus) *veteribus arcibus* in imo, & sub Portâ, quæ ad latus Coelij altiusculè, vt credimus, assurgebat, Vallem breui illâ substructione transmittentibus, deportandam dabimus; itaut, duo diuersa sint, loco quamuis valdè propinqua, *veteres* Aquæ Appiæ *arcus* (nulli enim eos vetustate antecedeant) prope Portam Capenam, & Porta ipsa,

Mar-

Marciaëque supra eam Ductus. Post hæc pro nouâ
 hâc mea opinione argumenta; aliud contra aduer-
 santes (quamuis iam superabundans in tantâ rei eui-
 dentiâ reputari valeat) non omittam; recentiorem
 scilicet ad Portam Sancti Sebastiani Arcum, quem
 ineptè substituerunt, * suâ mole, firmissimâque Du-
 50 ctus quem sustinet incrustatione, etiam hodie sese
 humori impenetrabilem ostendere.

* Alter lapis in eâdem Vincâ effossus, & in
 51 hanc sententiam exculptus,

S E N A T V S
 POPVLVSQVE
 R O M A N V S
 C L I V O M
 M A R T I S
 PECVNIA. PVBLICA
 IN. PLANITIAM
 REDIGENDVM

CVRAVIT Grut.pag.clij.7

docet, Clium istum in planitiem (non quidem exa-
 ctam, sed leniter, vt videmus, accliuem) redactum,
 opere excavationis, quæ ad Portam Sancti Seba-
 stiani conspicitur, Martis olim vocatum fuisse; ita
 profectò * à Templo Martis, Portæ Capenæ proxi-
 52 mo, denominatum. Quòd si prope Portam erectum
 fuit, vt Seruius ad lib. 1. Aeneidos testatur, ibi,
Duo eius Tempia in Vrbe, vnum Quirini intra
Vrbem, quasi Custodis, & Tranquilli, aliud in
Viâ Appiâ extra Vrbem prope Portam, quasi Bel-
 53 *litoris vel Gradiui;* * siue in conspectu Portæ ad
 dex-

dextram, vt Ouid. lib. vj. Pastor. cecinit,

Lux eadem Marti festa est, quem prospicit extra

Appositum dextræ Porta Capena Viæ;

in imo Vallis, & antequam Cliuus nimium assurgeret, ex Cicerone positum conijcimus, qui ad Q. Fratrem scribens lib. iij. epist. vij, infimaque Urbis loca alluione afflictâ percurrrens, Templum ipsum, vel sub eo planitiem, mirâ proluuie respersam dicit.

Eius, quod antea præmisimus, * nullam videlicet mentionem Portæ Latinæ, ante Aureliani tempora, 54
reperiri, veteres omnes Authores testes damus. Quicumque enim ex recentioribus, vetera narrantes, huius Portæ, tempore, quo nondum extabat, meminerunt; per prolepsim, & vt locum verum, tunc extra Portam Capenam Viâ Latinâ, immutatâ iam, eo quo scripserant æuo, loci facie, euidentius explicarent, per prolepsim, inquam, loquuti sunt: sicque, præ cæteris, * historia immiſſionis B. Ioannis 55
Euangelistæ in feruentis olei dolium ante Portam Latinam, Martyrologio veteri inserta a. d. prid. non. Maij, & si qui alij de hoc mirabili factō testati sunt, veniunt intelligendi; eò magis, quia passim supplicia * extra Portas, & in celebrioribus Vijs 56
infligebantur. * Prochorus etenim Diuo Ioanni contemporaneus, per quem, referente, & approbante P. Aring. in Rom. Subter. lib. iv. cap. vj. num. i, 57
passio Ioannis ante Portam, & dedicatio Ecclesiæ per fideles, qui illuc aderant, enarratur, fuit quidem vnus ex vij. Diacopibus, qui gesta Marty-

rum in integrum colligerent; *sed cui historia illa, & Vita Sancti Ioannis Apostoli falsò ascribitur, est enim apocrypha, & fabulosa*, vt in Serie Authorum tom. ij. par. j. Biblioth. max. SS. Patr. præmissâ, ex censurâ Ioannis Brassichellensis Sac. Pal. Apostolici Magistri adnotatur. Similem prorsus huic libro notam inussit Card. Bellarm. (quem iustissimo titulo Vindicem, & Tutorem Ecclesiæ Lipsius nominat) de Script. Eccl. : motus præsertim, quia, *incredibile sibi videtur, à fidelibus, qui illuc aderant, Ecclesiam in eius honorem fuisse constructam; quæ enim id auderent (ait ille) in oculis seuientis Domitiani?* Vnde miror, Aringum supposititij scriptoris authoritatem adducere, vt Portæ Latinæ existentiam, tempore D. Ioannis, sub Domitiano Imp. à se creditam, adstruat; & quod alij anticipatione vti optimè tradiderunt, per anachronismum corrumpere.

Retrusâ igitur infra biuium Viæ Latinæ Capenâ Portâ, & Aquæ Appiæ substructione, & opere arcuato; eò maior adhuc labor nos manet, in nomine Aquæ, & Arcus ad recentem Portam stabiliendo, quò in rebus id genus, ipsâ vetustate incertis, & obscuris, aliena oppugnare, quàm sua probare, facilius semper visum fuit. * Specus iste, non vno
 §8 indicio, idem, puto, erat, ac is, qui à Front. num. 29. Octavianus vocatur, partemque Anionis Veteris recipiebat, vt his verbis continetur, *Anio Vetus citra iv. miliarium intra no. . . Viæ, quâ à Latinâ in Lauicanam itur, arcus traiecit; & ipse Piscinam habet;*

bet; indè, intra II. milliarium, partem dat in Specum, qui vocatur Octavianus, & peruenit in Regionem Viæ Nouæ ad hortos Asinianos, unde per illum tractum distribuitur. Rectus verò Ductus, secundum Spem Veterem veniens, intra Portam Esquilinam in altos Riuos per Urbem deducitur. Plura siquidem ad hanc opinionem roborandam concurrunt. Primum, ac præcipuum indicium est * altitudinis series Anioni Veteri propriè conueniens, sextus scilicet libræ locus, inter Marciam, & Virginem medius, vt Front. num. 26. suprâ relatus aperuit. Alterum non leue præbet, * deriuatio, ac iter huius Ductus, descripto per Frontinum simile. Nam circa ij, prorsus milliare ab Vrbe, repertus fuit hic Specus ad Læuam Latinæ Româ exeuntibus, loco in Charta num. 19. signato, à quo rursus ad læuam deflectendo versùs Labicanam Viam, quam respiciebat, & Monumentum Alexandri, (prope quod * vestigia Diuerticuli à Latinâ in Labicanam, cuius Front. meminit, existunt) rectum, & integrum Ductum à quo dimanauerat, ostendere potuit. Tantâ enim circuitione, altiores Claudia, & Anionis Noui illi superpositi Aquæ non indignissent, quæ per Arcus Coelimonianos, ex Frontin. num. 74. ad hanc Primam Regionem per decliue ferebantur; ad quam, etiam * Marcia, siue ea pars illius, quam Riuum Herculanum num. 28. Front. appellat, deijciebat se per Coelium, vt mox vidimus. Situs quoque * Viæ Nouæ, & hortorum Asinianorum in eâdem xij. Regione, in quâ Thermæ Antoninianæ, quas Ductus petere videtur, ostendit hunc fuisse

Specum Octavianum, ex eodem termino, quem Frontinus Aquæ Anionis per eum delatæ distributioni designat.

- * Crustam denique (ne vllum argumenti genus
 65 inexploratum relinqueremus) cum aliâ, quæ ex Anienis Nouæ Specu diuulsa est, contulimus: & vt ex eodemmet flumine Aquæ vtriusque Anienis, iuxta Front. num. 77. & 78. petebantur; ita, ad proportionem tamen distantie, quâ deriuabantur, hanc illi similem inuenimus, & Academiæ experimentali, (sic vocant) quam Illustriss. D. * Ioannes Ciampinus magnanimo fanè, laudandoque conatu nuper in Aedibus suis aperuit, rem examinandam detulimus; vt ex Spagiri-
 66 cæ quoque artis documentis coniecturæ hæ nostræ fulcirentur. Mirum certè, simulque periucundum in hâc comparatione accidit, * varietatem crustæ in
 67 vno eodemque Riua Anionis Noui reperijsse; ea enim quæ antiquior signino adhæret, tempore scilicet, quo primùm ex ipso flumine Aqua deducebatur efformata, turbidi coloris erat, *vt flumen ipsum, quamuis purissimo defluens lacu, mobilibus tamen cedentibus ripis, aufert aliquid quo turbetur:* (sic Front. num. 77.) quæ verò nouissimè superinducta fuit, *postquam Anionis Noui vitia Nerua Cæsar excludi posse vidit, & omisso flumine repeti ex lacu, ubi limpidissima est, iussit,* (vt per eundem Front. num. 80.) recentiore corticem puriorem, atque albentiorē effecit: & ita ex effectu, veritas narrationis Frontini confirmata ostenditur. Ratio distantie, vt obiter tetigi, xxij. M. pass. inter vtriusque


que Ductus initium, (Vetus enim à milliario xx. ex Front.num. 7, Nouus à milliario xlij. ex eodem, num. 22. excipiebatur) in causâ fuit, vt illius crusta, obscurior quidem, sed eiusdem cum alterâ substantiæ videatur; prout magis turbidam aduenisse Aquam longè infrâ deductam, pluribusque adiacentibus cultis, necesse erat.

Et certè, non nisi huius * Specus Octauiani continuas esse potuit, Ductus ille, quem nuper à Fossoribus detectum vidimus in Lapidinâ Vineæ Benedicti Sanctiorij, ad angulum Viæ, quæ à caueâ Circi ad Portam Ostiensem procedit, cum alio Viatrio, per quod læuorsum ad S. Balbinæ Martyris Aedem itur; vbi, & Marcia Riuus, quem supra Portam Capenam ex Frontino transiisse ostendimus, vj. circiter pedum altiori librâ alium hoc pacto interfecat.

A B. Ductus Anionis Veteris, ex parte A Arcum Drusi per Eurum grad. xij. versus Austrum; ex B latus orientale Auentini è diametro respiciens

C D. Ductus Marcia, ex parte C rupem meridionalem Cælij, & locum, quem Portæ Capenæ assignauimus, per Solanum grad. vij. versus Eurum; ex D medium Auentinum (vbi rursus è regione Templi Sanctæ Priscæ subterraneus visitur) è diametro spectans.

Sub hisce duobus Ductibus, (vt hic Aquarum concursus fiebat, eo pacto, quo ad Spem Veterem, siue apud recentem Portam Maiorem, Marciam, antequam



quam *per Coelum se deijceret*, cum alijs iv. altiori-
 bus coïsse vidimus)* alium infimè latentem nuperri-
 69 mē Fossor quidam monstraui, & me difficulter sanè
 humi repentem ad illum perduxit: quo viso, rei diu
 quæsitæ nouitas, omnem lassitudinem, locique hor-
 rorem ex corpore, animoque exegit. Nam, hunc esse
 Riuum Aquæ Appiæ, Romanæ prouidentiae, ma-
 gnitudinisque primitias, mihi certò persuasi, Tibique
 probare studebo. Libra eius, atque, vt Frontin. vo-
 cat, pressura minimè abnuit; quia omnium cîs Ti-
 berim hanc Aquam humillimam (vt Frontin. de eâ
 num. 26. ait) ex comparatione ad proximos Ductus
 Marciae, & Anionis cognoui; totis enim xxviii. pedi-
 bus sub Anione Vetere excurrerat, quantum præ lo-
 ci angustia, & repetita per cauernam operatione, de-
 prehendere potui. Suo item hucusque decursu, situm
 quem Capenæ Portæ dedimus, & *veteres* prope eam
arcus indicare cum Marcia videtur: antrorsus verò
 ad Auentinum flectitur, & post L. circiter passus,
 rursus ad dexteram vergit, ac suo aspectu locum vbi
 ex Front. emergebat, nempe Salinas, & Portam Tri-
 geminam, vt num. 4., seu Cluium Publicij, vt nu. 29.
 designat. Nec deficit potissimum ex Front. indicium,
 hoc est, eadem, ac ille in Appia num. 50. describit,
 latitudinis, & altitudinis mensura. Quamuis enim
 Specus iste, vt plurimum, ab aliorum formâ recedat,
 lateribus gradatim sese ampliantibus; (id quod in
 nullo alio Aquæductu animaduerti, & Agrippâ hunc,
 aliosque penè delapsos restituente, ex Front. num. 15,
 factum puto) vbi tamen vlteriùs LXX. circiter passus
 pro-


progrediare, latera directa, & parallela, pede vno & dodrante, iuxta Frontinum, inter se distantia, altitudinemque, signino dempto, pedum v. & semis reperies; hoc est ipforum pedum v. Frontini supra signinum, quod crassitudinem semipedalem communiter in fundo Ductuum obtinere solet. Præter quæ omnia, maiestas operis, simplicitate, simulque venustâ, & inaffectedâ firmitate compositi, sæculum Appij, & crescentem iamiam publicorum ædificiorum splendorem, & magnificentiam ad viuum ostendit. Accedit, ad vetustissimam Riui structuram ipso aspectu dijudicandam, crassissima circumquaque crustæ nigricantis coagmentatio, intus lapidosa, & solida, in superficie autem spongiosa quodammodo, & cincinnata; eius propemodum figuræ, ac lapis ille, ex Tiburte agro Romam aduectus, quo frequentissimè ornamenti causâ, ad rusticos fontes in Urbanis hortis imitandos, lautiores isti vti solent. At rem ipsam melius, imagine, & explicatione percipe.

ABCD. Amplitudo, & forma Speluncæ, ad construendum in eâ Aquæductū in ipsâ rupe excauata

Altitudo CA est ped. v. & semis. Latitudo CD altitudini æqualis

Fornix minimū, & vix semipede attollitur; nec lateribus Ductus innititur, sed visū stat

EF. GH. Latera ex lapide



pide Albano, quibus Riuus arctabatur

Latitudo E F est ped. i. unc. iij


Latitudo G H est ped. ij. unc. x.

Specus nostri Octauiani, cuius penè obliti videbamus, & Fornicis sub eo ad Viam Appiam, & Cliuum Martis, authorem ignorasse, nihil assumptæ tractationi detrahit: sed tamen, eatenus inuestigabimus, quatenus opinioni propositæ fauere videatur, si hunc esse * Arcum suadeamus, quem Senatu decernente (ex Suet. in Claud. cap. i.) Augustus in honorem Drusi priuigni (an potius filij?) statuit. Quiritatur certè more suo * Ligor. in Paradox., hunc
 70 non esse Arcum triumphalem, sed Castellum Aquæ: (câ licentiâ, quâ, Castellum, quod in iure nostro receptaculum sonat, l. i. §. æstatem D. de aq. quotid. & æst. vocauit in eodem opusculo Arcum ad Portam Sancti Laurentij, vbi pariter simplices trium Aquarum Riui, nec magis quàm hîc Castelli vmbra) attamen nos tam fidem, quàm criterium hominis huius spernimus, & eo quamuis oblatrante, ad rei examen progredimur.

* Maxima inter nummum huius Arcus Drusiani, & ipsius reliquias similitudo, primum coniecturæ
 72 fundamentum præbet, vt ex subiecto vtriusque schemate conferre poteris.

C. Specus Aquæductus ad recentem Portam S. Sebastiani, quem Octavianum esse credimus, latus ped. ij. & semis; altus vsque ad curuaturam Fornicis ped. v. Fornix ipse ped. i. unc. ij. Latera hinc indè crassa ped. ij. unc. x.

Præ-




F

RAPHAELE TABARETTI

- Præterea,* nomen Specus Octauiani, quo Ductum
 73 huic Arcui superpositum notauimus, nonnè ab Octa-
 uio Augusto deriuatum videtur? qui, dum *RIVOS*
AQVARVM OMNIVM, (vt in epigraphe ad
 Arcum Aquæ Marcæ, siue recentis Portæ Sancti Lau-
 rentij, quem paullò infrà exhibebimus, expressum est)
 siue, vt in marmore Ancyrano apud Grut. pag. ccxxxij.
RIVOS AQVARVM COMPLVRIBVS LO-
CIS VETVSTATE LABENTES REFECIT,
 hunc etiam, in depreffione Cliui Martis abruptum,
 refecisse, ei que nomen suum reliquisse potuit: quia
 præfertim, verba illa, *CLIVOM*, & *PLANITIAM*,
 eius tempora redolent; (bis enim Vitruuius Augu-
 sto *ὁ ἡγεμὼν* ita hoc secundum effert eodem cap. xij.
 lib. v.) & sæpè in Augusti nummis, *DIVOS IV-*
LIVS, simili licentiâ leges. Est siquidem plus-
 quam verisimile, Cliuum, impediende Ductu, leni-
 tum fuisse, quò Fornix triumphalis sub ipso Specu
 erigi posset; & ex* tribus ad eam Viam Arcubus,
 74 Drusi, Traiani, & Veri, quot Victor, & Notitia
 computant, Augustum, qui alios præcessit, situm
 sublimiorem elegisse. Quandoquidem, nonnulla præ-
 cipua ostendit hic Fornix, quamuis semesis iam mem-
 bris, & terrâ obrutus, per quæ ab alijs optimè di-
 stinguatur; vt sunt primò,* tympanum, & fastigium
 75 paullò vltra Portæ latitudinem expansum, in quo
 Augusti tempora, eundemque conditorem refert, qui
 haud absimilia ornamenta huic suo* apud Ariminum
 76 Arcui affixit, cum eadem fastigij angustia, quam poste-
 rior ætas, siue Vitruuius superueniens emendauit.

Pro-

LOS SEP DESIGNAT OCTAV
LEBERRIMIS ITALIAE VIELS




Prospetus Arcus Augusti apud Ariminum, prout hodie, multâ sui parte licet obrutus, cernitur. Hunc in refectioe Viae Flaminiae, quam procuravit Augustus, dum reliquas Patribus quibusdam, proprijs sumptibus, reficiendas mandavit, extructum fuisse, certissimâ coniecturâ monstrat fragmentum inscriptionis sub vij. cos. & viij. designatione: hoc enim ipso tempore factum recenset Dio lib. liij: quo etiam anno, AVGVSTVS hoc titulo à Senatu, & Populo insignitus est; quem, in hoc monumento primitus forsan assumptum,

(Damnosa quid non imminuit dies?)

cum integrâ epigraphe desideramus.

- *
77 Neutrum enim ex hisce Arcubus à Vitruvio collocatum asseruerim, quia vterque ab ipsius praescriptis recedit; Romanus scilicet, dum in eo, corona super epistylis immediatè quiescit, cum Vitru. lib. iij. cap. iij. zophorum inter hæc duo membra medium constituat; Ariminensis autem, quia habet denticulos sub mutilis, non solum in coronâ, verum etiam in fastigio, ubi coronam puram esse debere statuit, Græcorum exemplo, & rationibus ex ipsâ naturâ petitis cap. ij. lib. iv: & quia denique, fastigium, Ariminensis praefertim, longè supra ipsius modum eleuatum conspicitur; ubi enim Vitruuius dat tympano talem altitudinem, quæ sit nona portio longitudinis coronæ ab extremis cymatijs, hic, tympanum in sui cacumine, habet quartam integrâ longitudinis coronæ partem. *
78 Quæ tympani portio, quamuis pressior visa fuerit Philandro, in aureo suo ad Vitruu. Commentario, loco per nos significato, ubi eam facillimâ praxi emendauit; opti-

mo certè exemplo non destituitur, in suprâ memorato Arcu recentis Portæ Sancti Laurentij, olim ad Viam Collatinam; quem præcipuè huius rei ostendendæ gratiâ, prout supra terram apparet, hic inferimus:



- A. A Ichnographia pilarum huius arcus
 B. B Anguli confimiles, recto minores, graduum scilicet 77
 C. C Alij recto maiores, gr. 103, obliuationi Via Collati-

na sese conformantes

D Specus Iuliæ

E Specus Tepulæ humilior quàm alibi, sed capacitas suppleta per ampliacionem in latum

F Specus Marcie

G Locus inscriptionis Antonini Caracallæ, complanatis lapidibus incisæ, suprâ num. 30. expositæ

H. Locus inscriptionis Titi Cæsaris, suprâ eodem num. 30. expositæ.

monentes tamen, fastigium, & coronam, abrafa quidem esse, quò posteriori inscriptioni Caracallæ campum patefacere, ita tamen, vt certissima lapidum complanatorum vestigia reliqua sint. Cùm enim Titus Vespasianus, ne ornatum deturbaret, fascias sub coronâ prior inscripserit; Antoninus spatium reliquum occupavit, & medium, quamvis per Arcus iniuriam, se intrusit.

Distinguunt quoque hunc triumphalem Drusi Fornicem ab alijs, nostroque nummo assimilem faciunt, * fenestræ laterales, quarum vestigium in latere D. conspicitur, recurrente circumcirca eâdem coronâ E: quod forsan Aeneam Vicum, & Octaviium Stradam decepit, & ad geminos hinc inde minores arcus excogitandos induxit, quibus nec locus esse potuit, in angustia pedum xxiv. & semis, quot ex B ad A, vbi arcus lateritij huius Aquæductus ex hac parte finiuntur, intersunt. Nummi nostri fidem sanciant schedæ Cl. viri * Francisci Gottifredi, magni illius, & fidelissimi rei nummarie Promicondi; benignè exemplar suggerente, oculorum
*
80 lumine capto, sed animi lynceo * Francisco Camelo
81

nostro, quem honoris, & amicitiae causâ nomino.

Libet nunc aliquantùm digredi, & hunc nummum, simulque historiam de Nerone Druso in aliquo sup-
plere, ex alio perfectè integro, & distincto, quem in Museo Septalio extare significauit nobiliss. vir Fran-
ciscus * Comes Mezabarba Biragus, cum cape-
dunculâ intrâ tympanum, duobus vtrinque ad la-
tus eius lituis, & versùs extrema, sed eâdem al-
titudine, paterâ ad dextram, ad sinistram verò, vr-
ceolo insculptis; eo propemodum ordine distribu-
tis, quo in Tabulâ xcvi. Oiselij subobscurè hæc in-
strumenta expressa videmus. * Hinc igitur Augurem
fuisse Drusum ex lituo (*quod clarissimum insigne* 83
Auguratus vocat Cicer. de Diuin. lib. i.) apparet;
quamuis historia, de hoc eiusdem honore minimè
loquatur, sed Dio, (apud quem lib. liv. plura de
Druso) atque Sueton. in Claud. cap. i, Quæsturam,
Præturam Urbanam, Triumphales honores, Oua-
tionem, Consulatum, & Proconsulare imperium
tantummodo referant.

Eo tamen quia nummus, quem cum Arcu Drusi
retulimus, à Ti. Claudio Cæsare eius filio cusus cer-
nitur; non ideo * Angelonio assentior, qui ad num-
mum ix. pag. 46. Arcum ab ipso Claudio erectum, 84
ornatumque asserit: Nam ultra nostras de Augu-
sto authore, quas suprà expendimus, coniecturas;
Dio lib. lv. tamquam de re, tempore Augusti ne-
dum decretâ, verum etiam perfectâ loqui videtur.
καὶ ὁ μὲν ἐς τὸ Ἀργεῖον περὶ τὸν ἱερὸν ἱερὸν, καὶ τὸ ἐς τὴν ἱερὰν
δα ἀκριβῶς τήν τε τὴν ἐκ τῆς βουλῆς τοῦ γένους ὄντων,

ἡρώδη. πάντας τε περὶ δόθεις, ἐς τὸ τῆς Αὐγούστου μνημεῖον κα-
 τέθη. Γερμανικὸς τε μὲν τῶν παύσαντων ἐπονομασθεὶς, καὶ πρὸς καὶ εὐκό-
 νη καὶ ἀψιδῶν, κενότατος τε πρὸς αὐτὰς τὰς Πλευρὰ λαβῶν.
 Et ipse quidem [Drusus] in Martium Campum, ab
 Equitibus equestrem ordinem exactè seruantibus;
 Et ab ijs, qui erant è genere Senatorio, deductus
 fuit. Et hic igni datus, in Augusti monumentum
 depositus fuit. Germanicusque cum filijs cognomi-
 natus est, Et honores tam statuæ, quam Arcus, cœ-
 notaphijque prope ipsum Rhenum accepit. Nec
 credibile est, Augustum, qui honora, Et magnifica in
 Drusum fecit, vt Tacitus monumentis suorum An-
 naliū lib. iij. mandauit, Et tantopere (vt cum Sue-
 tonio loquar) Et uiuum dilexit, vt cohæredem sem-
 per filijs instituerit, Et defunctum pro concione lau-
 dauerit; nec contentus elogium tumultu eius, ver-
 sibus à se compositis, insculpsisse, etiam uitæ memo-
 riam prosâ oratione composuit, honorem Arcus, sta-
 tim post eius obitum decretum, per xxij. annos, qui-
 bus priuigno superuixit, neglexisse, & tamdiu effe-
 ctu vacuum reliquisse: urgente præsertim Liuiâ vxo-
 re, quæ in acerbissimo, maximoque filij luctu, quo
 sibi ferè uitam exhausit, vt Pædo Albinouanus his
 versibus testatur,

Vix etiam fuerat paucas vitalis ad horas,
 Obtulit inuitæ cùm sibi Cæsar opem;
 Admouitque preces, Et ius immiscuit illis,
 Aridaque effusâ guttura tinxit aquâ,
 supremum hunc filio honorem, sibi que solatium
 differri minimè passa fuisset.

Hunc

* Hunc insuper Arcum ad Viam Appiam minimè (vt Andreas Fuluius credidit) ad Traianum spectasse, nummi eius apertè ostendunt, qui Arcum triplicis Fornicis, & non vnius tantum, qualis iste, exhibent. 85

Ad Lucium Verum excludendum, quem in hâc eâdem Regione, vt diximus, Arcum habuisse scimus, non ita promptas, vt in Traiano, rationes habemus, cum nummi eius cum suo Arcu nulli extent: nihilominus, ex tot argumentis, per quæ Augustum huius Fornicis authorem fecimus, alium hinc amouebimus, postquam locum Drusiano Arcui, fati, nî fallor, sub hoc Aquæductu, & in summo huius Cliui Martis asseruimus.

Hæc tamen omnia, aliàs forsan scitu non inutilia, ad terminos nostræ quæstionis ex abundanti dicta videbuntur: quia quidquid de huius Specus Octauiani nomine dubitari possit; illud (quod nobis sufficit) extra omnem dubietatis aleam esto, * eius Aquam ad Thermas Alexandri, aduerso flumine, & contra ipsius soli genium, & vergentiam, suo, vt mox dicemus, Nymphæo longè relicto, tam procul retrahi nullatenus potuisse. 86

Vnde tota quæstio in id recidit, * An Ianiculensem, quam Traianam fuisse dicemus, Aquam, An verò hanc, quam, ex agro in quo oritur, Labicanam vocabimus, Alexander in Urbem inuexerit. In quo, memineris velim, pluries nos vtramque inscriptionem, alteram super præcipuo Fonte in Ianiculo, alteram in Arcu ad Viam Aureliam sub hortis Pam- 87

- philijs, in quibus * AQVA hæc, ALSIETINA nuncupatur, eiusque Ductus, ab Augusto Cæsare extructi dicuntur, non sine stomacho perlegisse: quî enim Alsiatina ex Frontino num. 26. omnibus humilior, & quæ non nisi ccclvij. passus operis arcuati, nîl autem substructionis supra terram habuit, vt num. 17; diuersamque, à Lacu sui nominis originem sortita est; cum hâc, quæ vel superiorem, vel æqualem ipsi Marcix libram obtinet, prope Lacum Sabaten in varijs venis caput agnoscit, & circa Urbem (vt longinqua missa faciam) per ij. pass. M. operis arcuati & substructionis defertur, nisi per summam oscitantiam confundi poterat? Si igitur constare fecerimus, Ianiculensem * Aquam non posse Alexandrum in
- 88
- 89
- perductorem admittere, nostra proinde hæc Labicana sola remanebit, quæ ad ipsum pertinuisse dicenda sit.

- Id primò sola probabilitas penè nos credere compellit: cum ab omni verosimili alienum sit, ad Thermarum Alexandri cîs Tiberim vsu, Aquam trans-tiberinam deducere, quemquam cogitasse. Præsertim, cum reperiamus ex Victore, * Nymphæum Alexandri in Regione v. Esquilinâ extitisse, nempe in ipso huius Aquæ recto à suâ Formâ ad Thermas itinere: cuius, & * Piscinæ Limariæ vestigia se obseruasse apud Templum Sanctæ Crucis in Hierusalem, vbi hanc inscriptionem reperit, scribit Ligorius, forsan (vt de Turpino Ariostus iocatur) *verace in questo loco*; quia inscriptio nîl spurium resipit, vt pleraque hominis illius:
- 90
- 91

HERCVLI. CONSERVATORI
INVICTO. COMITI

D. N. SEVERI. ALEXANDRI

PII. VICTORIS. SEMPER

AVG. AC. OPTIMI. PRINCIPIS

M. AVRELIVS. PRISCILLIANVS

V. C. CVRATOR. LYMPHAEI

DEVOT. NVM. M. Q. E

qui ad summum, vt morem retineat, potuit Piscinam de suo addere, cum nos alibi eam statuamus, & ostendamus, & duplicem fuisse vix credimus.

Addam, neq meo periculo, quia satis idoneum huius sententiae propugnatorem habeo, Ianiculensem Aquam eò minùs posse absque alicuius ex veteribus testimonio Alexandrinam vocari; quia veriùs, eadem cum * Traianá fuit. Ita agnoscit P. Aring. in Rom. Subterr. tom. i. lib. ij. cap. xij. num. 6. fol. 344. ex Actis præcipuè Martyrij S. Antonini, eadem horâ iussit Vitellius Antoninum capitis subire sententiam, qui ductus Viâ Aureliâ iuxta Formam Traianam decollatus est xi. Kalendas Septembris: probantque enunciata, quæ apud Nardin. lib. viij. cap. iv. alibi que extant, vetustissimi Codicis Actorum Sancti Iulij, in quibus describitur Forma Traiana iuxta Viam Aureliam, & Instrumenti Donationis Caroli Magni, vbi pro confinio cuiusdam fundi datur, Forma Traiana usque in Portâ Aureliâ. Idemque eruitur ex sequenti loco, licet parùm correcto, Anastasij Biblioth. in vitâ Honorij, Eodem tempore fecit Basilicam B. Pancratio Martyri. Viâ Aureliâ mill. ij. à so-

lo, &c. & ibi constituit mola in murum Ciuitatis, & Formam quæ deducit Aquam in Lacum Sabatinum.

- Neque tanti apud nos est Ligorij auctoritas, ut Aureliæ nomen, Viæ isti, quæ à Portâ Pancratianâ, imò ab ipso Ponte Sublicio per indubia vestigia, cum aliâ, quam Ligor. veram Aureliam esse non denegat, recto tramite continuatur, ex eius sententia auferri debeat. Vnicus siquidem Procopij locus, quem ipse nobis obtrudit, histor. Gotthic. lib. j. cap. xix. *ὅτι δὴ ἄλλας δὴ τῆς πόλεως πύλας ἐνοχλοῦσθαι πρὸς τῶν πολεμίων ἐκινεῖται, τὰ τε Αὐρηλίαν (ἡ νῦν Πέτρος) τὰ τῶν Χριστῶν Ἀποστόλων κορυφαίαι, ἀπὸ τοῦ πλησίου κειμένη, ἐπὶ τὸν ἑαυτῶν τῶν ποταμῶν Τίβεριον.* Vnde accidit, ut due alie Portæ Urbis, infestæ ab hostibus essent, Aurelia scilicet, (quæ nunc Petri Apostolorum Christi Principis, tamquam propè iacentis sita vocatur) & altera trans flumen Tiberim, ex quo * Por-
- 93 tam Aureliam prope molem Hadriani fuisse probatur; vnde propterea Viam huius nominis deducit, & alibi fuisse pernegat: vel non tollit, quominus etiam Porta ad Ianiculum Aurelia vocaretur; quia ita loquitur, & intelligi debet, quasi ex duabus eiusdem nominis, altera Sancti Petri, altera Sancti Pancratij, à propinquitate vtriusque Templi, ad distinctionem, appellari consueuerit: * vel etiam acci-
- 94 piendus est de Viâ Aureliâ nouâ; (cum tam nouam, quàm veterem agnoscamus ex inscriptione apud Grut. pag. cccclvij. 6.) ne hanc veterem, cuius nomen ante alterius incidentiam tot illustria documen-

ta retinent, aboleamus. Ultra enim sacras prisco-
rum Christianorum memorias, quæ Ecclesiam Bea-
ti Pancratij, in viciniâ Urbis, Formæque proximam,
in Viâ Aureliâ ponunt, quæ Ligorij Aurelia esse non
potest; non alium vetustis temporibus, & ante noua
mœnia Aureliani, fuisse huius antiquissimæ Viæ
ductum, quàm iam dictum, à Sublicio Ponte per
summum Ianiculum, vbi nunc Porta (siue Aurelia,
siue Pancratiana ea postea vocata sit) conspicitur,
dubitari nequit. Quia enim tunc ab Urbe non nisi
per Pontem Sublicium exitus ad Ianiculum patebat;
dum hinc rectum, tritumque in Etruriam Mariti-
mam iter conspiciamus, vt* excauatio, & sepulchra-
lia hinc indè monumenta, inter Villam Marchionis 95
de Nobilibus, & Cœnobium Sancti Petri in Monte
Aureo, & nouissima Viæ silice strata, exinde ver-
sus Ecclesiam Monialium SS. Cosmatis & Damia-
ni, ipsumque Sublicium tendentis detectio apertè do-
cent: quid quæso absurdius, quàm per Pontem
(qui nondum extabat) agrumque Vaticanum, per-
que sinuosos, more Mæandri, circuitus, Viam Aure-
liam veterem, ac primitiuam concipere; & ibi fuisse,
inficiari, vbi recta ratio, addam,* & veterum Scripto-
rum autoritas, eam collocant? Liuius enim, Viam 96
quæ à Sublicio ad Ianiculum, & deinceps ad Urbem
Cære tendit, (quæ nostra Aurelia est) à Vestalibus
in fugâ, post captam à Gallis Urbem, calcata[m] osten-
dit lib. v. versus finem, vbi L. Albinij de plebe ho-
minis meminit, qui illas, & Romana sacra plaustro
imposuit, vxore, ac pueris descendere iussis: de quo
certè

- *
97 certè factò intelligendum putauerim * sequens lapidis
quantius pretij fragmentum, pavimento superioris,
& subdialis ambulationis circà hemisphærium Pan-
theonis postea insertum, quod, & rem, & tempus
(cùm scilicet Galli Româ captâ *Capitolium inua-*
derent)

ADERENT. CAPITOLIV..

STALES. CAERE. DEDVXIT

QVE. RITVS. SOLLEMNES. NE

RENTVR. CVRAI. SIBI. HABVIT

ERATA. SACRA. ET. VIRGINES

XIT

est apud Grut. pag. ccccxcij. 7.

sed pessimè excepta.

ita designat, vt minimè dubium sit, quin in me-
moriâ, & encomium tantæ pietatis fuerit inscul-
ptum.

- *
98 Hæc ita certa reputo, vt nec placeat * Aringhi
temperamentum, quo & opinioni Ligorij detulit, &
Viam Aureliam ferè à Pancratiânâ Portâ emisit;
dum aliam Viam, quam Ligor. ab Aureliâ Procopij
Portâ initium fumere tradidit, per Suburbium For-
nacium, sub Urbis mœnibus deducit; & veteri no-
stræ Aureliæ ad biuium S. Pancratij vnit. Quia, hâc
incongruâ obliquate, peius malo remedium alla-
tum est; & ipse Ligorius vehementiùs adhuc dissen-
tiet, quem nec adeò Vrbi propinquam, nec adeò
violenter retortam Viæ incidentiam cogitasse suspi-
cor; sed rationabiliùs (vt in aliquo homini laborio-
so faueamus) * suam Aureliam rectâ ad Tabernam
99 *del Pidocchio* perduxisse, & vel hinc ad læuam per
Via-

Viatrium, cuius portio silice strata visitur inter Vineam Carpineam, & Castellum Aquæ Paulæ in Vineâ Buranâ; vel adhuc congruentius,* per vestigia veteris Viæ, quæ relictâ Corneliâ ad dexteram, per Fundum *di Porcareccino* versùs Fundum *della Bottacchia* tendit, ibi veteri Aureliæ Viæ iunxisse. Sed hæc plenius in nostro *de Agro Suburbano* opere, *ou' Seg* enucleabimus.

Sic itaque, restitutâ aduersùs Ligorium veteri, veriorique Viâ Aureliâ ad latus Formæ Traianæ, cui per duo ferè milliaria applicita est; tam Alexandro, quàm * Traiano suus cuique redditur Aquæductus, nam &, hunc præter iam allatas recentiorum Scriptorum authoritates, constat Aquam deriuasse, ex * nummo ex S. C. publicè in rei gestæ honorem cuso, & ob Numen Fontis appositum, ad Aquam ex Fonte haustam, non ex alijs Ductibus subtractam, referendo. Nummum probè * exceptum, sed pessimè interpretatum, vide apud Angelon. num. 27; qui perfractè, & tamquam Frontino affirmante, ait, *che Traiano, dalla Via Valeria, per lo tratto di 23. miglia, condusse l'Acqua Martia nell'Auentino*, atque hoc nummo demonstrari concludit; id quod alios eius sequaces, plus *πρὸς αὐτὸς ἔφην*, quàm Frontino, & veritati credulos, seduxisse vidimus, & suprâ num. 40. adnotauimus; nouissimè vero Iacob. Oiselim in partes traxit ad numm. viij. Tab. cvij. sui Thesauri, hoc anno editi.

Non contemnendo etiam indicio est, Aquam in gratiam dictarum Thermarum fuisse deductam: quia, si quis alius, in communem, & solitum Aquarum
vsum

*
104 vsum id instituisset; * potuisset sanè longè vtiliùs, ad eandem libram, àc postea Sixtus Pontifex fecit, attollere, hoc est xij. & semis supra Marciam pedibus, quotis Aqua Sixtina ad Portam Maiorem Marcie Ductum ibi proximum superare deprehenditur; & ulterius, alios ped. xlj. & semis, quibus Marcia Ductum Alexandrinum excedit, vt mensura à primis arcubus in Chartâ num. 2. notatis, ad arcus Aquæ Marcie, ibi proximos, inita demonstrat. Quia enim humilis erat Thermarum locus, ideo Alexander, ad illas tantum respiciens, commodum altioris directuræ neglexit, & pedibus liij. Aquam suam depressit. Tantam enim libræ varietatem, non ex imperitiâ, sed ex industriâ ortum habuisse, nemo non dixerit.

*
105 Quomodo autem * Frontinus Traiano contemporaneus, & sub eo Aquarum Curator, in suo libello de Aquæduct. de hoc præstantissimo Traiani sui opere filere potuerit; ex præfatione eiusdem libelli clarè colligitur: quandoquidem scriptio Frontini contingit in ipso initio iniuncti sibi muneris, & viuente adhuc Neruâ, cui opus nuncupauit: deductio autem Aquæ, ex dicto numismate, Traiano quintum, vel quinquies Consule, hoc est, post quintum saltem Imperij illius annum processit.

*
106 Si verò obijcias, * nimis à me restringi numerum Aquarum, contra expressam veterum Authorum sententiam; cum Victor xx, (siue etiam xxiiij. iuxta aliquos Codices) Notitia verò Imperij xix. nominent; &, vt minùs, Procop. xiiij. di fertè pronunciet lib. j. cap. xix. de Bell. Gotthic. Respondebo, me non
nimi-

nimiùm morari Victorem, & Notitiam, dum non Ductus, sed Aquas referunt, * quarum plures in vnicum Specum corriuari potuerunt, vt Frontinus ipse in Augustâ, Albudino, & Herculano Fontibus, & inscriptio Portæ recentis Tiburtinæ in Antoniniano testantur: Procopium verò, qui de Aquæductibus loquitur, aliàs mecum sentire probabo, & noua quædam ad eius illustrationem afferam, si tantummodo Romam, & Urbem diuersimode mihi accipere liceat; quod in præsens differo, ne epistolarem modum omnino excedam. 107

Si quis demum certiore adhuc probationem meæ huius opinionis, de Alexandro authore operis, cupit, * curet (vt nos faciemus) ex alijs Alexandri monumentis, quorum duo indubia sunt, nempe Thermæ in Aedibus Mediceis, in quarum vsum, vt modò diximus, hic, de quo loquimur, Ductus deriuatus fuit; & Sepulchrum inter Latinam, & Labicanam in Monte Grani nunc dicto, Figlinarum sigilla perquiri in lateribus, vel tegulis eorundem ædificiorum; si fortasse, vel iam exhibitum occurrat, vel aliud * sequentis notæ; quod similiter lateri arcuum num.7. 108 109


SEX·CAEC·PRO

etiamnum inhærenti insculptum est. Ijdem enim characteres, bene eadem operum tempora demonstrabunt; cùm credibile sit, lateres vt primùm excocti erant, operibus, quæ tunc frequentia, & maxima excitabantur inseruisse, nec diu in officinis seruari solitos, vt & hodie vsu venit.

Et quia, ingenui (vt ait ille) est pudoris fateri per quem profeceris; notitiam, quòd monumentum istud sepulchrale in Monte Grani, Alexandri, & Mameæ matris cineres texerit, Tibi acceptam refero, ac^{*} relationem Flaminij Vaccæ, quam mihi indicasti, conquistam, & repertam, Tibi regero. *Mi ricordo fuor di Porta San Giouanni vn miglio, passati gli Acquedotti, doue si dice il Monte del Grano, vi era vn gran massiccio antico, fatto di scaglia: bastò l'animo à vn Cauatore romperlo, & intrarui dentro, e poi calarsi giuso, tanto che trouò vn gran Pilo storiato con il ratto delle Sabine, e sopra il coperchio, vi erano due figure distese, con il ritratto di Alessandro Seuero, & Iulia Mamea sua madre. Dentro, vi si trouò delle ceneri; il detto Pilo si ritroua al presente nel Campidoglio, in mezo del Cortile del Palazzo, doue stanno i Conseruatori.* Hæc ille, in epistolâ sub die prima Nouembris MDXCIV. ad Simonettum Anastasium missâ, simplici quidem stylo, sed maiore, quam P. Arring. veritate, qui, in Viâ Labicanâ Sarcophagum repertum dicit lib. iv. cap. viij. num. 3; quamuis locus, Latinæ aliquantò magis accedat, & à priori, septem circiter stadijs distet. In recenti verò inscriptione, basi super quâ

quâ Sarcophagum erectum est insculptâ, locus re-
 peritionis dicitur extra * Portam nescio quam Labie-
 nam, cuius nec vola, nec vestigium, apud Authores. *
111
 Quamuis autem * nuperus ex Gallia Scriptor, ima-
 gines modò dicti Sarcophagi, Alexandrum, & Ma-
 mæam referre neget: communis tamen Virorum do-
 ctissimorum consensus, & indistincta cum nummis
 similitudo, assertionem nostram satis superque tuen-
 tur, nec nobis imponi patiuntur; * vt indè forsan,
 Aquæductus ab Alexandro excitati non leue argu-
 mentum accedat, si haud procul ab eo, & quâ inte-
 grè illius prospectus ab ipsâ Aquæ origine patet,
 perennem authoris memoriam, in Mausolei erectio-
 ne, Senatum P. Q. R. ibi renouasse reputemus.
 Amplitudinem enim Sepulchri,* quam Lamprid. ex-
 aggerat, dum ait in eius vitâ, *Coenotaphium in Gal-*
liâ, Romæ Sepulchrum amplissimum meruit, non
 modicam ostendit, informis licèt, & omni ornatu
 spoliata moles, cuius hîc delineationem adiungimus. *
112
113

- A. Cella rotunda concamerata, in quâ repertum fuit Sar-
 cophagum cum imaginibus Alexandri, & Mameæ,
 hodie in Capitolio existens
- B. Cellula, per quam ad iam dictum Conditorium patebat
 introitus, mediante portâ in M
- C. Scala præceps, unde illatum fuit Sarcophagum per por-
 tam M
- D. Murus, post illatum Sarcophagum ante ostium Condito-
 riij eleuatum, vt omnis aditus occluderetur
- E. Apertura recens, unde illud detectum fuit
- F. Hypogeum rotundum, depresso concameratione, sub
 Conditorio.



- G. Porta ad idem, lata ped. v. vnc. ij, in muro v. pedes crassitiei habente
- H. Cryptoporticus, lata ped. v. vnc. ij, longa ped. lxxx, inclinata in totâ istâ longitudine ad ped. vi. & semis
- I. Spatium ad caput Cryptoporticus, elatiori fornice, ad requiem superioris Scale sustentandam
- K. K. K. Pavimentum toti edificio substratum, ex Tiburtinis lapidibus, crassitiei ped. i. vnc. ij
- L. L. L. Rudera incerti, sed ut ex eorum ingenti aceruo colligere est, magnificentissimi, iuxta Spartianum, edificiij.

* Varijs Aqua ista acquisitionibus hodie constat, ex quibus, præcipuæ sunt eæ, quæ sub Colle delle Pantanelle, palustri, & vliginoso solo scaturiunt. An has easdem venas Alexander, vel eius Aquileges olim conquissuerint, animi dubius sum: Contrarium enim potius mihi suadet, Aquæ recentis varians à veteri ingenium; hæc enim, ingentem, ut diximus, crustam suo Riivo obduxit, illa post centum ferè annorum curriculum, Ductum suum adhuc purum, nitidumque præstat: vnde in ipsis, qui nunc ad latera eius Vallis, hæc illac sparsim perfluunt, Osæ Fl. fontibus, Caput Aquæ Alexandrinæ statuerim. Illud tamen certissimè assero, * turpiter falli recentem Geographum, qui in suâ Chartâ Topographicâ anno MDCLXXIV. in lucem editâ, Aquam Sixtinam, à Lacu, quem Regillum Holstenius, rectissimè meo iudicio, vocat, (hodie di Monte Falcone) derivat. Erroris causam, putei supra Riuum subterraneum, qui prope hunc lacum visuntur, fortasse præbuerunt; dum Scriptor, parùm fanè accuratus, nec eorum vsque ad Caput Aquæ, siue ad primum Castellum

stellum continuationem, imò nec Castellum ipsum, integro milliario hinc dissitum, animaduertit.*
 116^{*} Lacus verò, stagnantem Aquam, & potui omnino ineptam continet, nec insuper vnius diei erogationi sufficeret: æstiuo autem tempore, putridam prorsus, & venenatam emitteret, ob maximam lini, & cannabis copiam, quam vicinorum Oppidorum accolæ huc ad macerandum comportant.

Sunt qui * ad sinistram Viæ Prænestinæ, hanc
 117^{*} Aquam oriri dixerint, & ita palmaribus literis, & plusquam palmari mendo, in Fonte primario apud Thermas Diocletianas habetur. Sed isti lapsi sunt, quia hodie, interruptâ, & imperuiâ ipsâ Viâ, * Præneste nonnisi per Labicanam aditur, cui propterea Prænestinæ Viæ passim nomen tribuunt. Hoc agnouit, & correxit Holsten. ad Cluuer. pag. 996. 12; sed haud secus, * & ipse lapsus fuit, dum recentem
 118^{*} Viam *del Finocchio*, à Labicanâ post Turrim No-
 119^{*} uam desectentem, veteribus aliquot lapidum fragmentis in ædificio illius Hospitij sparsis illectus, pro veteri Labicanâ, cuius indubia ad dexteram vestigia, ingenio certè, quàm pedibus melior, accepit, solâque Cluuerij sui, Cluuerij, inquam, qui illum produxerat, & ornauerat reprehensione contentus, (in quo, per summam ingratitudinem, simulque dicendi acerbitatem nimis frequenter peccat) nîl vltrâ quæsiuit. Nos tamen veterem semitam à Tabernâ *dell' Osa*, in Viâ Prænestinâ, per Casale Sancti Antonij, hac pertranseuntem, & indè, paullo supra *Torre Forame*, Labicanam interfecantem, &
 ad

ad partes Tusculanæ , & Latinæ tendentem obser-
uauimus , & in Chartâ suo loco inscripsimus . Adeò
vt plurimùm , *qui semitam non sapiunt* (vt Cice-
ronianâ illâ parœmiâ , lib. i. de Diuin. vtar) *alteri*
monstrant viam .

Hæc Tibi coram , & super ipsâ locorum facie , fa-
ciliùs , ac forsan vtiliùs ostenderem : sed quia iam
laborem respuis , & senium prætendis ; vt
senectutis prærogatiuâ , quâ Te diutiùs
frui , communi rei literariæ bono,
ex animo opto ; sedensque
sententiam proferito .

Vale . Dabam ex
nostro Mu-
seo ,

die vltimâ AN. SAL.

MDCLXXVII.

DE · AQUIS
ET
AQUAEDUCTIBVS
VETERIS · ROMAE
DISSERTATIO · II

EMINENTISSIMO · ET · REVERENDISSIMO
D. GASPARI · CARDINALI
DE · CARPINEO · VRBIS · VICARIO
DOMINO · SVO · CLEMENTISSIMO
RAPHAEL · FABRETTVS
GASPARIS · F · VRBINAS
FELICITATEM




TII rationem minimè red-
dendam esse, quicumque di-
xit, hominem vni sibi viuen-
tem, suisque rebus intentum,
cùm hæc diceret, cogitauit:
longè enim alia causa eorum
est, quos institutus recto con-
silio vitæ cursus, suæ spontis
esse non finit, quibusque adeò, alieno arbitrio viue-
re, hoc est, tam agendi, quàm cessandi tempora
gu-

S

MO

ed-
di-
en-
m,
uit:
um
on-
ntis
ue-
ora





gubernare necesse est. Hoc mihi, Princeps Eminen-
tissime, maximè omnium vñ venit, qui postquam
inter administratos splendidissimi Tui, & summo pro-
ximi in Ecclesiâ Romanâ muneris, nomen meum
professus sum, eiùque rei operam, industriamque
meam semel addixi, meus esse omnino desij; Tui
autem non iuris, & arbitrij modò, sed etiam iudicij
factus; cui idcirco vñ probari, à quo laudari posse,
præcipuum vitæ meæ officium esse puto. Illud ita-
que summâ ope mihi contendendum esse intelligo, ne
otium, quo meas in Tibi debito obsequio occupa-
tiones me distinguere humanissimè pateris, temerè,
inconsultèque susceptum, eiusque momenta inutiliter
disperdita existimes: quod ita demum eueniet, si
tempora opportunè grauioribus curis subducta, in
humaniorum literarum culturâ, & meditatione me
impendisse Tibi ostendam; sequutus in hac re autho-
rem grauissimum, maximumque, Te inquam Emi-
nentissime Princeps, cui altissimas, assiduasque de
præcipuis Christianæ Reipublicæ negotijs cogitatio-
nes, his ijsdem studiis interdum indulgendi, nul-
lo impedimento esse vidi. Tibi propterea frequen-
tium istarum subseciuis horis, vel etiam quandoque
integris feriatis diebus excursionum, quæ summam
otij mei conficiunt, rationem reddam: & quæ olim,
dum ad Marfos, Te iubente, proficiscerer, raptim, vt
nostis, aliudque agens obseruauit, quæque nuper re-
petitâ locorum inspectione, de Aquarum Marcia, &
Claudia Fontibus, & veriori Viæ Valeriæ ductu in
mentem venêre, & scitu digna visa sunt, benignè, vt



foles, excipias, meoque qualiquali conatui faueas oro, ac illum clarissimâ Tui nominis luce, sine splendescere: quò fiet, vt ipse situs, & squalor, ipsæque tenebræ, quas operibus, & monumentis huic meæ descriptioni materiem præbentibus, iniuria temporis offuderat, discussæ, dissipatæque remaneant.

Chartam Topographicam, à nobis arte quidem non multâ, (nostra enim, prout alij sua solent, extollere pudor vetat) sed multo sanè labore confectam, præmittendam duximus; quia omnes hætenus editas, adeò inemendatas, & (vt sic dicam) incuriosas inuenimus, vt ijs nihil prorsus, in hâc explicatione quam exordimur, iuuati fuerimus: itaut pessimarum comparatione, hæc non indiligens fortasse videri possit.

Oculatâ equidem hæc omnia *fide mihi comperta esse* testor, nec poenitet, doctissimo viro Lucæ Holstenio, qui hoc idem in suis Annotat. ad pag. 784. 1. Cluuer. iactauit, minimè credidisse; sed cognitionem omnium, quæ ipse multâ, nimîaque (vt constare faciam) autoritate statuit, ad nouam trutinam reuocasse. In ijs enim, quæ eruditam vetustatis notitiam concernunt, neminem ipso meliorem, me reperturum confido; vnde lætus libens in hâc Chartâ

Explicatio Chartæ Topographicæ, Fontes Aquarum Marcie, & Claudie continentis.

- 1 *Arcus Aquæ Claudie primùm occurrens*
Sequitur Arcus Anienis Nouæ, orientem versùs
Sequitur Arcus Marcie in ipso Riuulo
- 2.2.2 *Triplex opus arcuatum eiusdem Anienis Nouæ*
- 3 *Locus ubi eadem Aqua ex latere montis emergit*

Spe-



REGIONIS. INTER. TIBVR. CARSEOLOS. ET. SVBLACVM.
DESCRIPTIO
DISSERTATIONI. ILDE. AQVISET. AQVAEDVCTIBVS
VETERIS ROMAE PRAEMISSA
autore Raph. Fabretto Gasp. f. Vrbinate



- 4 Specus trium istarum Aquarum, ad latus occidentale montis Affliani iterum se ostendentes, prope Aedem B. Mariae de Carciano
- 5 Rudera ingentis aedificij forsan super Ductu Anienis Nouae, inferius ad locum num. 3. emergentis
- 6 Pons sub Vicouaro, super ruderibus veteris Aquaeductus
- 7 Veteris alterius Aquaeductus, è proximis à septentrionali latere collibus deriuati, vestigia
- 8 Aquaeductus, ad latus boreale montis sub Saracinesco
- 9 Alius, prope Hospitium la Spiaggia, idem forsan ac ille, qui sub Hospitio della Ferrata in Cellâ Vinariâ visitur
- 10 Alius, Anienem à dextrâ in leuam sub Rubiano transmittens, & in montem rectâ se immergens
- 11 Locus Somnulæ, ubi Lapis XXXVIII. Diuerticuli à Viâ Valeriâ in Sublacensem repertus fuit
- 12 Pons Scutonicus vetusti operis, Holst. Stratonicus dictus
- 13 Alius, vetusti pariter operis sub S. Georgio
- 14 Columna Lapidis XXXXI. prope Cellas
- 15 Venæ uberrimæ sub Ecclesia S. Mariae in Arfulis, nobis Fontes Aqua Marcia
- 16 Memoria AVGVSTI, ad incidentiam dicti Diuerticuli à Viâ Valeriâ in Sublacensem
- 17 Rudera aedificij, ad Caput Aquæ sub eisdem emergentis
- 18 Rudera ad Caput Aquæ, Lago di S. Lucia dicta
- 19 Substructio forsan Anionis Noui ante eius à Lacu deductionem, ad latus montis applicita, & sub ea Caput Aquæ, Serena vocata
- 20 Alius Riuus Aquæ, pariter Serena dicta
- 21 Aqua, Casa di Lemme dicta
- 22 Forma della Mola, copiosissimis acquisitionibus constans
- 23 Riuus sub Castro dell'Austa, omnium abundantissimus
- 24 Vestigia Lacuum, ex quorum altero Anio Nouus à Neruâ, inscripto Traiani Cæs. nomine, deductus fuit
- 25 Aquaeductus eiusdem Anionis Noui, xx. ped. ipso fluminis alueo altior.

Digentiae Riuum, & Fanum Vacunæ, prout alibi, Regillum Lacum, & Labicum Oppidum, aliaque complura cum ipso, quin etiam, aliqua ex ipso reposui. Verum in locis ipsis describendis, & distantijs definiendis, à tanto viro, veritate vires animosque ministrante, discedere, & illius traditiones frequenter impugnare, & conuellere, integrum mihi esse volo.

Nec satis nobis visum fuit Chartam emendasse; nisi (postquam hunc puluerem ingressi * fumus) 120 milliarem mensuram, per quam distantiae locorum distinguuntur, ad certam, atque inuariatam rationem, huc usque, ut videbis, nutantem, & vacillantem reducamus. Lucas Pætus, quo procurante, mensuræ omnes quibus Roma utitur, in marmore Capitolino incisæ, & expositæ superiori sæculo fuerunt, cum animaduertisset, Palmum recentiorum, * quem 121 Architectonicum vocant, non ita exactè respondere ad Spithamen, siue dodrantem Pedis antiqui geometrici; quater de hoc in suo opusculo de Mens. & Ponder. Lectorem admonuit, & excessum minutè significauit. Primò, per hæc verba sub finem lib. 1. *Non minus, & aliud te scire volo, quòd Palmus, quo hodie Romæ Architecti utuntur, si cum legitimi antiqui Pedis dodrante, id est uncij ix. conferatur, & examinetur, Palmus ipse, seu Spithama, quantum sunt duæ nonæ partes uncie Pedis prædicti; id est uncie sextula, scripulo uno, & triente scripuli, longior esse reperitur.* In eandem sententiam ipso libri ij. initio, rursusque pag. 18. loquitur. Et deinde, quia rem minimè latere voluit, (quasi erro-

ris communis sequentis huius sæculi præscius) ita librum illum, in definiendâ mensurâ veteris Milliarij, recentibus Architectorum Palmis, siue Cannis decem-palmaribus comprehensâ, concludit, *Milliarium, quod ex V. M. pedum priore libro constare dixi: eâ supputatione, quâ Palmum, Pedis dodrantem, & uncia pedalis sextulam, scripulum, & scripuli trientem esse demonstrauimus, erit hodie cannarum DCXXXIX. palmorum IX. digitorum III.** Sed iste dum medicinam adhibuisse credidit, venenum 122
propinauit; nam vltra leuiusculum erratum in colligendâ summâ suarum cannarum, quæ non 649.9.3. vt ipsi videtur, sed cann. 650. pal.6. sext.1. scr. 1 $\frac{1}{3}$ dici debuit, vt in sequenti Synopsi videre est:

<i>Palmus unciar. 9. sextular. 1. scri-</i>	<i>& uncia 9. ---</i>	<i>648</i>
<i>pulor. 1$\frac{1}{3}$ reductus ad tot trientes</i>	<i>sextula vna ---</i>	<i>12</i>
<i>scripulorum ad fractiones fra-</i>	<i>scripulus vnus</i>	<i>3</i>
<i>ctionum vitandas, facit tertias</i>	<i>tertia scripuli</i>	<i>1</i>
<i>664. hoc pacto</i>		<i>664</i>

Pes antiquus constat 12. uncijs, siue sext. 72. siue scr. 288. siue tertijs scrip. 864. Multiplica per ped. 5000, (qui sunt mille passus geometrici) quotiens dat tertias 4320000. Diuide Milliare h. e. tertias 4320000. per suum Palmum, h. e. tertias 664

<i>Fient palmi 6506. cum 16.</i>	<i>6506</i>	<i>3360</i>
<i>amplius tertijs, hoc est scripulis</i>		<i>.400</i>
<i>5$\frac{1}{3}$; quodque idem est, sextulâ</i>		<i>4000</i>
<i>1. scripulo 1$\frac{1}{3}$ vt prædiximus.</i>		<i>16</i>

longè grauius adhuc sphalma admisit, in ipsâ recentis Palmi longitudine indicandâ, hoc est, iam di-

cta-

- * Starum * vnciarum pedaliū nouem, & vnciæ sextu-
 123 lam, scripulum, & scripuli trientem; nam ex ipsius
 marmore Capitolino, non Pedem cum Palmo sigilla-
 tim, sed Decempedam cum integrâ Cannâ compo-
 nentes,* inuenimus, Cannam continere pedes vij.vnc.
 *
 124 vi. sext. v. & scrip. j. cum tribus ex decem & septem
 partibus alterius scripuli; siue (quod breuiorem arith-
 meticam operationem exigit) ped. vij. vnc. vi. & quin-
 decim ex decem ac septem portionibus alterius vn-
 ciæ $\frac{15}{17}$, & sic excessum Palmi recentis ad dodrantem
 Pedis antiquorum, esse in xv. ex centum, & septuagin-
 ta partibus vnius vnciæ $\frac{15}{170}$. Ex quo statuimus, millia-
 re spatium esse cannarum DCLX. palm. I. vnciar. XI.
 min. vnius ac semis, vt in Synopsi.

Palmus vnciar. 9. E $\frac{15}{170}$ re- *Vnc. 9. 1530*
ductus ad tot 170. ^{as} efficit $\frac{1545}{170}$ *15. reliquæ 15*
boc pacto E *1545*

Pes vetus, h. e. $\frac{2040}{170}$ Mult. per ped. 5000; quotiens dat $\frac{10200000}{170}$

Diuide Milliare, h. e. $\frac{10200000}{170}$ per suum E 1545 | 10200000

Palmum, h. e. per $\frac{1545}{170}$ E *6601 . 9300*

Fient palmi 6601. E $\frac{1455}{1545}$ Mult. *.. 300*

numeratorem per vnc. 12; E pro- *3000*

ducto per denominatorem diuiso, *1455*

fient vnciæ 11. E $\frac{465}{1546}$

*Rursus, multiplicato numeratore per minutos 5. (in 5. enim
 minutos diuisa est Palmi Vncia) E numero producto per
 denominatorem diuiso, fiunt minuti 1 $\frac{780}{1545}$. Siue, diuiso utro-
 que numero per 15. quò fractio ad minores numeros redu-
 catur, fiunt $\frac{52}{103}$, quod pro dimidio min. proximè accipimus.*

Holstenius, qui neque Pærum attendit, neque veri-
 tatem

tatem non hîc in puteo latentem, sed in tabulâ patentem requisivit; * tritam illam, & fallacem Agrimenforum praxim amplexus est, ex quâ Milliare antiquum, cannas DCLXVII. paullo minùs continere enunciauit in Dissertatiunculâ de Milliar. Aur. prout pluries in alijs suis scriptis calculum posuerat; quasi Palmus recens Architectonicus, idem prorsus valeat, àc Dodrans, seu Spithame veterum, vt hæc alia Synopsis ostendit.

<i>Milliare continet pedes 5000.</i>	§ 9 60000	
<i>sive unc. pedales 60000.</i>	6666	60
<i>Diuide per unc. 9; hoc est per</i>		60
<i>dodrantem Pedis §</i>		60
<i>Fient dodrantes, siue (ex hypo-</i>		6
<i>thesi Holst.) Palmi 6666$\frac{2}{3}$; hoc est cannae 666. pal-</i>		
<i>mi 6. unciae palmares 8.</i>		

Alia mensura Agrimenforum per Catenas

Catena continet pal. 57 $\frac{1}{2}$ h.e. Staiolos 10, quorum quilibet propterea habet palmos 5 $\frac{3}{4}$

<i>Multiplica ergo per 116, (ex</i>	§ 116	
<i>tot enim Catenis Milliare</i>		57 $\frac{1}{2}$
<i>componi volunt) sunt palmi</i>		812
<i>6670. hoc pacto §</i>		580
<i>hoc est Cannæ decempalmares, siue Passus Senatus 667.</i>		58
		6670

Ideoque ne ex errore non animaduerso, fructus laborum egregij viri corrumpatur, hæc ad eum potius illustrandum, quàm carpendum adnotare libuit.


Post hæc, * aliæ atque aliæ Pedis legitimi ambages, dum hi Statilianum, isti Cossutianum, vel Porphyre-

*
125

*
126

127 * phyreticum cæteris anteponunt : sed ego iam * Capi-
 tolino acquiesco , postquam diu illum improbaue-
 ram , vel potius me improbasse credideram . Res
 fanè ridicula , in hoc mihi accidit ; nam cùm olim
 Viâ Ostiensi prope X. lap. in quibusdam elegantis
 Villæ ruinis , residuum pauimenti , ex crustis vario-
 rum marmorum , optimè inter se conuenientium ,
 constrati detexissem ; vt hoc , siue studio , siue mor-
 bo , vetera scrupulosissimè indagandi teneor , latercu-
 lum cæteris integriorem extraxi , & mecum abstuli .
 Duplicem exactissimè eius latera proportionem ha-
 bebant ; maius , Pedem , quem legitimum Lucas Pæ-
 tus post pag. 88. appinxit , sextulâ & semis excede-
 bat ; minus latus , dimidiò ad vnguem imminutum .
 Adeò tamen exquisitè similem pluribus alijs later-
 culis pauimentorum deprehendi , vt ex eo , in la-
 minam æream translato , Pedem meum composue-
 rim . Respondebant omnes murorum crassities , co-
 lumnarum planarum latitudines , omniaque maiora
 interualla , absque vllâ sextularum , vel minuto-
 rum fracturâ : vnde alijs valere iussis , hunc mo-
 dulum prætuli . In hâc autem Pedis Capitolini cum
 Cannâ , comparatione instituendâ , Pedem istum
 meum , indiscretæ similitudinis cum Capitolino in-
 ueni ; vel quia Pætus eum in libro non fideliter
 transtulit ; vel (quod magis puto) quia schema
 ære incisum , & humenti chartæ impressum , eâ ex-
 siccatâ contractum fuit : vnde Capitolinum , iam
 tamquam meum recipere , & propugnare mihi opus
 est . Et certè (ne meis obseruationibus aliquid tri-
 buen-

buendo, vanitatis arguar) * triplex testimonium,
 quo Pætus suam hanc mensuram confirmavit, * 128
 nempe totidem Pedes ærei complicabiles, eâdem
 longitudine, diuersis in locis reperti, & ita in vsum
 efformati; longè præualet ijs monumentis, quæ in
 sepulchralibus duobus lapidibus Cn. Cossutij, & T.
 Statilij exculpta sunt, potiùs ad significandum, cuius
 professionis hominis cineres inibi conseruarentur,
 quàm vt exacta Pedis mensura demonstraretur;
 vt * obseruari potest in Pede isto Aebutiano, * 129



cippo, qui in hortis Matthæijs iacet, insculpto, inter alia fabrilia instrumenta, (non parùm, & ipsa, deprauata, quia Norma enormis est, & amblygonia, & Perpendiculari crura claudicant) in quo, inquam, Pede non solùm exacta mensura, (quia tribus scripulis Capitolinum excedit, quotis sanè deficit alius, qui recensetur à Gruter. pag. DCXXXIIIJ. 3.) verùm etiam diligens partium diuisio desideratur. Præsertim, quia nec alij duo priores, Cossutij, & Statilij omnino conueniunt, vt Philander supposuit, sed discrimen (modicum quamuis) inter vtrumque intercedit, vt Pætus adnotauit.

^{*}
130 Clarissimus, & solertissimus Author P. Io. Baptista Villalpandus, Pedis Romani mensuram ex Congio Farnesiano collegit, (non quidem ex altitudine, vt Oiscl. ad Tab. cxvi. sui Thesaur. Numism. intellexit, sed duabus ad inuicem inclinatis lineis) in Ezech. tom. iij. par. ij. de Hebr. mens. lib. iij. cap. xxv. pag. 499., in quo, ingenij certè maximam laudem apud omnes, in tabulâ illâ pag. 316. vbi *Instrumentum augendorum, minuendorum uè in datâ ratione corporum* exponit, meritò consequutus est; fidei tamen apud nos parùm, vel nihil obtinuit. Neque enim suaderi possumus, Vas æreum Farnesianum, ad mensuram liquidorum institutum, per tot subtilitates, spatij quoque dimetiendis applicabile fuisse, lineis non in rectum assurgentibus, &, quod præcipuum est, nullo circulo, nullâque Vasis prominentiâ terminum semipedis designante: *Alium enim Congium huic Farnesiano persimilem, à viro, tunc, &*
buc.

hucusque ignoto habitum, & in primi corroboratio-
nem, vt per machinam inductum, Vase ostenso me-
lius examinabimus. Nam vnum, & maximum, quod
apud nos fidem, vt diximus, huius mensuræ labe-
factat, est excessus notabilis, sextulæ vnus cum quar-
tâ parte alterius sextulæ, hoc est $\frac{1}{288}$ super Pede no-
stro Capitolino, certioribus testimonijs asserto, & ex
quotidianis veterum ædificiorum mensuris millies
comprobato; quæ hoc modulo absque fractionibus
procedentes, iam mutilæ, & incommensurabiles, vt
sic dicam, Pede Villalpandi adhibito, euaderent.
Valde autem leuis est explicatio huius tituli, Congio
Farnesiano inscripti,

IMP. CAESARE
VESPAS. VI COS
T. CAES. AVG. F. IIII
MENSURAE
EXACTAE. IN
CAPITOLIO
P. X

tamquam si τὸ ΜΕΝΣΥΡΑΕ ΕΧΑΚΤΑΕ, plura-
liter, & casu nominandi, accipiendum sit; vt hinc
inferri debeat, *in vnâ tantum mensurâ, mensuras
exactas referri, itaut mensurarum omnium ratio ex
hâc vnâ petenda esset*: nam planè non minùs, quàm
latinè, nos in genitiuo casu numeri singularis ita ex-
ponimus, quasi subintellecto nomine ipsius Congij,
vel Vasis, perindè sonet, àc si scriptum fuisset, CON-
GIUS EXACTAE ΜΕΝΣΥΡΑΕ: sic enim sub-
intelligi apparet in eâ inscriptione, apud Grut. pag.

ccxxij. 8. EXACT. IN. C. ST *exacta in Capitolio Statera*, hoc verbum, PONDVS, siue VN CIA, aut simile, tamquam superfluum, & re ipsâ supplementum: sicque etiam in aliâ epigraphe pag. ccxxij. 2. SEXTARIALIS. EXACTA. T. . . DD. NN. ARCADII. ET. HONORII. . . .

mensura, vt hic *Congij* nomen, breuitatis, & latinæ elegantiae gratiâ omissum videmus: & in eâ, quæ istam antecedit,

C. VMBRIVS. EVDRASTVS
FONTVNATVS. IIII VIR
MENSVRAS. LEGE. CIVITATIS
PROPRIO. SVMP TV

verbum, quod *principale* Grammatici vocant, INSTAVRAVIT, POSVIT, vel simile, deficit.

* Modò, vt appendicis loco, * diligens aliquod
131 schema Capitolini Pedis exteris, & absentibus indicemus; is nullibi exactius reperitur, in suas insuper sextulas distributum, quàm apud eundem P. Villalpandum, nempe in lxxij. ex cxxv. illis spatijs, in quibus diametrum AB sui semicircularis Instrumenti pag. 316. dispertiuit. Et vt errorem vitent, neque reformationi P. Io. Baptistæ Ricciolij in to. 1. Almag. lib. ij. de Spher. Elem. cap. vij. pag. 58. plus iusto in hac parte credant; aduertant, quæso, semipedem illum tribus octauis vnus vnciæ partibus semipedem nostrum Capitolinum excedere; excessu scilicet in toto Pede $\frac{1}{16}$, siue integri digiti pedalis, ne quid minimum, & contemnendum reputent: rursusque, eundem in lib. ij. Geogr. Reform. cap. ij. fol. 34, aliam,

aliam, ab isto suo, nec perinde fecus à Farnesiano, quem sequi se credit, variantem exponere, duabus sextulis Capitolino Pede longiorem. Sed iam tandem ad rem nostram.

Diuersimode Frontinus in egregio illo de Aquæduct. opusculo, cuius vnicum codicem barbaricæ vastationi superstitem, diligentia Poggij Florentini debemus, qui, vt in Descript. Ruinar. Urb. Ro. testatur, *hunc libellum, paullò ante reperit absconsu, abditumque in Monasterio Casinensi*; diuersimodè, inquam, de origine harum Aquarum Front. * loquitur: in designandis enim Aquæ Marcia Fontibus, Viam Valeriam, & ab eâ Diuerticulum in Viam Sublacensem vsurpat: in Fontibus autem Aquæ Claudiae, nonnisi Sublacensem memorat, *Concipitur Marcia* (ait ille num. 10.) *Viâ Valeriâ ad miliarium XXXIII. Diuerticulo euntibus ab Vrbe Româ dextrorsus miliarium passuum III. in Viâ Sublacensi, atque sub Nerone Principe primum stratâ, ad miliar. XXXVIII. sinistrorsus, intrâ spatium passuum CC, finita substructionibus penè statim stagnino colore praeuiri di.* Rursus num. 20. *Claudia concipitur Viâ Sublacensi ad miliar. XXXVIII. Diuerticulo sinistrorsus intrâ passus CCC, ex Fontibus duobus amplissimis, & speciosis, Cæculo, qui à similitudine appellatus est, & Curtio.*

* Nihil attendens ad discretam illam Frontini loquutionem, neque ad minorem vtcumque Marcia, quàm Claudiae ab Vrbe distantiam Holsten. in Annot. ad Cluuer Geogr. fol. 130., promiscuè vtriusque Aquæ

- Aquæ Fontes in Sublacensi Viâ collocat; * Claudiae
 134 videlicet, *Aquam Serenam* num. 20. in nostrâ Char-
 tâ, pro Fonte Curtio, & * *Lacum di S. Lucia* num.
 * 18. pro Cæruleo; * ac Marciae, Formam *della Mola*
 135 num. 22, quæ pleno milliari supra Serenam dima-
 nat, confidenter tribuendo. * Augustæ verò nomen
 136 adhuc permanere dicit in vberimâ quâdam venâ
 num. 23, quæ sub Castro, *l'Austa* dicto, duplici sca-
 turigine emergit; Frontino tamen etiam in hoc repu-
 gnante, qui distantiam originis Augustæ ita expresse-
 rit num. 18. *Idem Augustus, in supplementum Marciae*
quotiens siccitates egerent auxilio, aliam Aquam
eiusdem bonitatis opere subterraneo perduxit us-
que ad Marciae Riuum, quæ ab inuentore appella-
tur Augusta: nascitur ultra Fontem Marciae, cu-
ius Ductus, donec Marciae accedat, efficit passus
DCCC, cum re quidem verâ, scaturigo illa dell'Au-
sta, sumptâ etiam utrâque in origine, (quamvis Fron-
tin. ab origine Augustæ, non ad originem, sed ad
Riuum Marciae mensuram posuerit) non distet ab
aliâ della Mola (quæ ipsi Marcia est) integris passi-
*bus D.; & ex aliâ infra dicendâ ratione, * tam Mar-*
 137 *cia, quàm ipsa Augusta, intrâ Fontes Claudiae, Ro-*
mam, Viamque Valeriam versùs veniant statuendæ.
 Aliquid sanè momenti aliàs afferre posse conce-
 derem, loci * *dell'Austa* appellationem; sed non ita,
 138 ut in eâ, spretis alijs melioribus coniecturis, Augu-
 stæ nomen certò deprehendi putemus. Quàm pa-
 rum enim vulgaribus istis locorum annominatio-
 139 nibus fidendum sit, ipse Holsten. in loco * Oppidi
 Ar-

Arfularum, quem Cluuer. Carfeolanæ Coloniae accommodat, aduertit, reprehenditque pag. 165: nosque alibi, in epistolâ scilicet ad Cl. V. * Laurentium Panciaticum, portentum illud eruditionis, & memoriae, dum fata sinebant, ad dictas Holst. Annot. pag. 172. euidentibus demonstrationibus correximus, eo in loco, quo * Laurenti situm, ex nominis similitudine, ad Turrim S. Laurentij transportat, vbi paullò post (pag. scilicet 203.) Aphrodisium quoque, Cluuerio simul, sibi que aduersatus, intrudit. Præterquamquod, hæc vox, * *l' Augusta*, bisyllaba, literis aliqualem, sono autem, & prolatione, nullam cum *Augustâ* similitudinem habet; eo enim pacto reddunt Incolæ, vtî nos haustam, idest deriuatam Aquam, (vnde propiùs forsan loco, Fontique nomen) pronunciamus.

Neuè ea, quæ pro Holstenio adduci possunt, astu premere videar; dicam etiam, in quâdam Constitutione Clement. III. sub anno MCLXXXIX. nouo Bullario Casinensi insertâ, * de Aquâ Augustâ, deque Castro Augustæ, per sequentia verba mentionem haberi, *Lacum, siue Fluuium ex eo procedentem, in quibus Aquis, nemini, præter Abbatis, & Fratrum voluntatem, aut piscari, aut Molendinum edificare liceat, usque ad Arcum, qui dicitur de Ferratâ in territorio Ruuiano. De Formâ quoque antiquâ, quæ ducit Aquam de Flumine ad Plebem S. Laurentij, de Aquâ, quæ vocatur Augusta, nemini liceat, præter voluntatem vestram, Aquam deriuare, nisi quantum sufficiat terris rigandis, & replen-*

plendo Fonte Baptismatis in eâdem Ecclesiâ: & infra, inter varias Sublacensis Monasterij possessiones, recenferi *Castrum Augustæ, cum Fundis, & Casalibus suis*: quæ omnia, ad verbum in aliâ Bullâ Honorij III. de anno Mccxvij. repetita leguntur; quin imò, altiori quâdam origine, à priuilegio Sanctissimi Pontificis * Gregorij Magni, in quo eadem Aqua Augusta nominatur, in parte deriuari aiunt, vt in exemplo, ex Registro Sacri Monasterij Sublacensis fol. 2. desumpto, atque à Reuerendis. Abbate D. * Cornelio Margarino, Bullarij prædicti

144 dem Aqua Augusta nominatur, in parte deriuari aiunt, vt in exemplo, ex Registro Sacri Monasterij Sublacensis fol. 2. desumpto, atque à Reuerendis. Abbate D. * Cornelio Margarino, Bullarij prædicti

145 compilatore, & illustratore, mihi humaniter ostenso, contineri vidi. Sed non proinde ab impugnandâ Holstenij sententiâ recedam. Quandoquidem * Apo-

146 stolica hæc, vel similia probæ notæ Indulta, (nam de huius, quod Gregorio I. adscribitur ingenuitate, alium quàm me sponforem appellabis) quicquid ab ipso Monasterio ad Arcum vsque Ruuiani iacet, comprehendunt: (quem credo, esse eundem Aquæductum, qui Anienem, sub Ruuiano transmittere conspicitur, in Chartâ num. 10.) & ita, in tantâ Regionis amplitudine, in incerto propterea locum originis, seu Formæ ipsius Aquæ Augustæ, quatenus de Frontini Augustâ loquerentur, & sub nostro ratiocinio, & probationibus relinquunt. Quinetiam, prædictas Bullas, procul ab his circa XXXVIII. lapidem locis vtramque Aquam amouere, & ipsi Monasterio approxima- re patet; quia *Forma, quæ Aquam de Flumine ad Plebem Sancti Laurentij* (prout alia Augusta) *ducere* enunciatur; in vetustiori Bullâ Ioannis VI. sub

dic

die 21. Iulij anni DCCIV. ducere Aquam à Lacu dicitur; cuius verba eò libentiùs referam, quò, ad notitiam * originis Castri Augustæ procul indè constructi conducunt: *Casale quod vocatur Augusta, cum integro suo Monte, ad Castellum faciendum. Item integram Aquam Augustæ, & antiquum Aquæductum, vulgò Formam, per quam Aqua à Lacu ducitur, & in Fluvium fluit ad S. Laurentij Ecclesiam, quæ dicitur Plebis, ita quòd nullus omnino hominum facultatem habeat ex eo Aquam educere, nisi pro Fontis Baptismatis, seu horti irrigationem, vel utilitatem:* unde, & fortuita quædam huius Castri, ab Aquâ istâ Augustâ, de quâ Bullæ loquuntur, longè distantis, denominatio; & Lacubus, Stagnisue Simbruinis, tam utriusque Formæ, quàm Plebis Sancti Laurentij proximitas adstruitur. Sed de hoc ab ipso Holstenio probationem sumere liceat, quem etiam, de secundo, altiorique Ductu Anionis Noui, postquam ex Lacu, qui est super Villam Neronianam Sublacensem, eiusdem Aqua ex Frontin. num. 80. repetita fuit, de quæ ipsis Lacubus, ita pag. 128. Annot. referentem audiamus: *Huius Aquæductus vestigia visuntur nunc sub ipso Sublaqueo, vocaturque vulgò, il buco della Cartiera: deinde sub Xenodochio D. Antonij, atque indè semper iuxta sinistram Fluminis ripam tendit. Altitudo eius hoc tempore xx. pedes ipsum Fluminis alueum superat; unde de Lacus altitudine conijcere licet. Lacus autem illi tres haud naturales, sed artificiales fuere. Primus quidem sub Monasterio Sanctæ Scholasticæ, cuius os angustissimum, xviij.*

circiter, vel xx. pedum muro validissimo clausum fuit. Indè Aqua defluebat in secundum Lacum, qui mox primum excipiebat, cuius os paullo fuisse laxius videtur. Tertius deinde sub ipso Oppidulo Sublacensi fuit, ubi etiam nunc magna Anienis pars muro constringitur, ad varia molarum officia: huic imminet Ecclesia Sancti Laurentij, à Nursio Patrio sub Damaso Papa extructa, quæ ad Aquas Altas dicebatur, ut antiqua donationum instrumenta Sublacensis Monasterij testantur. Lacus autem euerſi fuere ingenti Fluminis exundatione anno MCCCV. die xx. Februarij.

* Vel etiam, si ad Augustam sub Castro eiusdem
 148 nominis, Bullæ coarctari debeant; non de Aquâ de quâ loquimur, cui Octavianus à se nomen dedit, sed de aliâ, quam Antoninus Augustus Marciaæ addidit, easdem intelligemus.

* Vel denique, * cùm omnes illæ denominationes,
 149 à Monachis ipsis, qui otiosè forsan nomina recentia ad veterem eruditionem composuerunt, suggestæ fuerint: non est cur Pontificium nobis opponatur effatum; quandoquidem suprema Sedes, non de genuinâ nominum aliquorum sibi expositorum veritate, sed de liberalitate in amplissimum, & de Christianâ Republicâ optimè meritum Ordinem ostendendâ, sollicita esse debuit. * Neque enim hîc tantum,
 150 vulgares idiotismos sequuti Palatini Scriptores, in minutis hisce, atque corollarijs decepti sunt: nam Petrus * ille Benibus literarum decus, latinæque puritatis restitutor, dum Flasconensibus gratificari studet,

det, eos nomine Leonis X. Pont. Max. in Faliscis pluries adcenfet; quàm falsò, probabit Massa in libro de Reb. & Orig. Falisc., adstipulante Nardino filio in pererudito Disc. Apolog. de Pentap. Nepe-
sin. cap. xiiij. Et ne longius exemplum * petam; quæ de Traianâ Aquâ, celeberrimoque eiusdem opere, Cæsari Augusto attributo, eâdemque cum Alsietinâ confusâ, in ipsâ Bullâ LXXV. Pauli V; deque Aquâ Appiâ, imò, & Marciâ Romæ restitutâ, & in vnum, eundemque Felicis Riuum è distantibus Regionibus, abruptis quamuis Ductibus, coalitâ, in Bulla CI. Sixti V. Summorum Pontificum dicta reperies; miraberis sanè, & placitis veterum minimè conuenire fateberis; non tamen leuissimis hisce maculis offenderis, vbi plura, & maxima nitent, magnitudo scilicet publici beneficij, ac prouidentia cum magnanimitate vix credibili coniuncta; præ quibus, memoriæ Legislatorum æternum benedicere, potius quàm de legis verbis, non in rei substantiam, sed in quendam ornatum inconsultò assumptis, tamquam criticis iudicare, animis legentium occurrit.

Quamuis nihilominus in Bullaticis scriptoribus hæc minima dissimulanda dixerimus; non eâdem tamen conniuentiâ erga illos vti conuenit, quibus summa operis in eruditâ oratione consistit. Vnde non absque notâ, nuperum Authorem Historiæ Summorum Pontificum ex Nummis exceptæ, abire sinemus, non vno in loco, facta notissima crassis erroribus inuoluentem. * Is enim, quoad Aquam Alsietinam in summum Ianiculum scandentem,

Pellibus incubuit stratis, somnosque petiuit; ad nummum x. Pauli Quinti pag. 147: quò verò ad Aquam Felicem; Bullæ Sixtinæ, de Aquâ Marciâ Vrbi redditâ, non quidem impossibilem enunciationem, (cum ea, in Ductus Aquæ Felicis initio, hanc altitudine superauerit, & illuc pertransiuerit) ad id quod fieri non potest, suâ correctione reduxit: pro *Marciâ* siquidem, *Virginem* emendauit, hinc longè remotam, & in regione infimâ latitantem, vt in primâ nostrâ Dissertat. num. 5. aduersus Tabulam Topographicam P. Kircher. obseruauimus. Quinimo Aquæ perductæ, (quantum in se fuit) & Pontis ad Tiberim prope ueterem Viam Flaminiam, sub Oriculo integrè constructi, gloriam, generosissimo Pontifici auferre non veretur; dum nummo xxij. pag. 118. *Aquam Virginem designari ait, quam Sixtus V. copiosiore in Urbem inuexit, deque suo prioris nomine Felicem appellauit*: & mox nummis xxvij. & xxviii. pag. 120, refectionem Pontis sub Ianiculo expressam docet. Pròh fidem Historicam, & Authorem Romanarum, maximarumque rerum religiosissimum!

154 Sed demum, vt ad Holsten. redeamus, * erroris præcipua illi causa fuit, ignoratio veteris ductus Viæ Valeriæ, in quâ varius, sibi que contrarius existit: nam alicubi, fol. 165. biuium Sublacensis, & ab eâ diuertigium, agnoscit ad Hospitium *della Ferrata*, in quo fortè τῆς εὐσυχίας litauit; alibi, fol. nempe 35. Viam Sublacensem reuocauerat ad Hospitium *Plagiæ*, quod xi. ferè stadijs diuertigium antecedit; mox

eodem fol. 165. eodemque contextu verborum, Valeriam, iv. ferè milliaria post biuium à se statutum, intra podisum Sublacensis Viæ, imò, & Viatrij ab hâc in Valeriam, producit; dum ipsius vestigia apparere dicit sub Rubiano, in Ponte, quem ipse Stratonicum nominat, nobis num. 12; & integrum Viatrium, ac Diuerticulum Valeriæ in Sublacensem, de quo intellexisse Frontinum in signandâ conceptelâ Aquæ Marcix probabimus, pro ipsâ Valeriâ Viâ accipit.

Et quidem, vir admirandæ eruditionis, & in antiquitatibus versatissimus, * nunquam credere debuisset, priscos Romanos, quâ rectâ pergere poterant, prolixiorē anfractum quæsiuisse, & miliaribus plus minùs tribus, in breui tractu, iter protraxisse: exemplo etenim esse possunt omnes per orbem Romanum Viæ, rectitudinis quâ easdem perducere soliti erant, vt olim C. Gracchum instituisse Plutarch. in eius vita testatur. *In Viarum (ait ille) refectione, præcipuam adhibuit solertiam, cum utilitatis, tum pulchritudinis, venustatisque rationem habens. Ducebantur eæ rectæ per Regionēs, & partim lapide ad hoc cæso, & dolato, partim congestis arenarum cumulis insternebantur; cavitates implebantur; quâ conuallibus, aut torrentibus interrumperebantur, pontibus iungebantur; & ab utrâque parte eandem nactæ altitudinem, spectatu admodum pulchræ erant. Porro singula miliaria, dimensa diligenter, lapideis columnis distinxit. Quo argumento, ego, atque excultus græcâ, latinâque eruditione * iuuenis Io-*

* 155

* 156

seph

seph de Iulijs persuasi, improbo labore, iugum, quod in Chartâ notatum vides, conscendimus, anni quidem incommodo tempore, quia æstatis incuntis calor, pedestre iter malè concedebat; Equus verò, in duorum milliarium & semis arduo, & continuo ascensu, vix sibi, ac Cisio trahendo sufficebat. * Ve-

157 * teris porrò Viæ, per iugum, & Castrum *di Riofredo*, indubia vestigia, in operosâ, & verè Romanæ magnanimitatis dignissimâ rupium scissurâ, ac optimâ Viæ in inferiori parte marginatione, & alicubi etiam in silicis straturâ, maximâ admiratione, & gaudio deprehendimus. Haud absimile vtrique studium laborem nostrum fefellit; nam ipse quoque certior Viæ Valeriæ derivationem quærebat, eius scilicet Viæ, quæ breuior ex consularibus in Aequicolas, Marfos, Pelignos, & Marrucinos se aperit, quorum, ac circumiacentium populorum historiam conscribit, vt natalis soli memorias, valde apud Authores confusas, excitet.

Per hanc igitur veram, rectamque Valeriam Viam, à Tibure ad Sancti Georgij Fanum, (sub quo Diuerticulum ad Sublacensem descendit) * xvj. miliaria cum tribus amplius stadijs (quæ aliquali obliquitati recentis itineris, ab antiquo, sub Cantalupo præsertim, declinantis tribuere possis) intersunt: ita vt, cum * Tibur xx. ab Vrbe milliarijs, tam ab Antonino in Itiner. quàm à Tabulâ Peutingerianâ debite (vt per Clauer. in suâ Italiâ fit) emendatâ, ac etiam à Martiale distare dicatur, ijs versibus ad Faustinum epigr. lvij. lib. iv.

Tu colis Argiui Regnum, Faustine, Coloni,

Quò te bis decimus ducit ab Vrbe lapis;

ea propter, Diuerticulum istud à Viâ Valeriâ in Sub-
lacensem, ad XXXVI. lapidem reponendum erit, *
& Frontini numerus XXXIII, iunctis in imo priorum 160
vnitatum apicibus, sic, XXXVI. pluribus suaden-
tibus emendandus.

Suadet, inquam, iam dicta à Tibure xvi. milliarium
distantia, * cuius mensuram rotario instrumento ad 161
Cisium applicito ritè collegimus; quæ quamuis non
omnino ad amussim mathematicam consistat; parùm
tamen, nec quid, quod ad rem faciat, à vero aberran-
tem expertus sum.

Duæ insuper probationes, rem in aperto consti-
tuunt: * prior scilicet ex lapide milliario nuner. 14.
prope Oppidum *le Celle di Carsoli* dictum existen- 162
te, & præ foribus Ecclesiæ B. Virginis de Carmelo
erecto, cum inscriptione milliarij XXXXI, cuius hoc
est exemplar quâ legi potuit, nam supernè mutilus,
& corrosus existit;

. RVA
. MAX
TR. P. COS. III
VIAM. VALERIAM
FACIENDAM. CVRAVIT
XXXXI

cùm enim Viâ recentî, quæ per Diuerforium *del Ca-
ualiere* deflectit, à biuio ad Cellas sint vltra millia-
ria v. & semis; recto itinere, per Carseolanæ Colo-
niæ rudera, erunt millia P. V. iustissima, quæ addi-

ta emendatis per nos Frontini notis XXXVI, numero XXXXI. huius Columnæ exactè respondent.

163 ^{*} Alia probatio habetur * ex lap. milliar. XXXVIII. in ipso Diuerticulo à Valeriâ in Sublacensem *ad Fontem Somnulæ* (vt Grut. refert pag. clv. 4.) olim stante, nunc verò in platea proximi Castrì Arfularum erecto, sub hac epigraphè;

XXXVIII

IMP. NERVA

CAESAR. AVGVSTVS

PONTIFEX. MAXIMVS

TRIBVNICIA

POTESTATE. COS. III

PATER. PATRIAE

FACIENDAM. CVRAVIT

locus enim Somnulæ, etiamnum eandem denominationem retinens, duobus ad vnguem milliarijs à biuio sub S. Georgio distat; vnde biuium ad XXXVI. milliarium rectè collocatur.

164 ^{*} Gruterus quoque lapidem istum *ad Fontem Somnulæ secundum Viam Valeriam* pròstare scripsit; ex fide tamen Herculis Ciofani, (quod summi viri excusandi gratiâ dictum volo) qui in eâ fuit cum Clu-
 165 ^{*} uerio opinione, quòd Arfulæ ibi proximæ, ex veteribus Carseolis prodierint; * id quod Holstenio minime suffragatur, qui rudera veteris Coloniae, rectè quidem, obseruauit, vno circiter milliari vltra Diuersorium *del Cavaliere*, in colle leniter edito, ad laeuam Viæ Valeriæ Româ euntibus, vt fusè prosequitur fol. 164: quamuis non æquè rectè, sed eodem errore, quo

quo Viam Valeriam per Pontem Scutonicum, & Arfulas ducendo porrexit, * Carseolorum ab Vrbe distantiam XLII. vel XLIII. pass. M. ex Itinerarijs definiuerit; quia nostra hæc Frontini correctio, ex quâ diuertigium in Sublacensem ad lap. XXXVI. duobus citra Carseolos milliariibus statuitur, hanc etiam Tabulæ Peutingerianæ correctionem secum trahit.

Ab Vrbe Viâ Tiburtinâ

<i>ad Aquas Albulas XVI</i>	<i>ad Lamnas V</i>
<i>Tibur IV</i>	<i>Carseoli V</i>
<i>Varia VIII</i>	<i>XXXVIII.</i>

Holstenij autem ingratijs, vetustæ glandis ferino re-
tento pabulo, quamuis miti iam commostrato cibo,
in contraria currens, dum Scriptorum antecedentium
vitat vitia, Author *nouæ*, & (si ipsi credimus) *exactæ*
Tabulæ Agri Romani anno 1674. editæ, Carseolos
vltra Thoranum Fluum, & in eo ipso loco, vbi
hodie *le Celle di Carsoli*, & Columnam milliariam
lapidis XLI. extare dicimus, sono vocis delusus,
transtulit: & tamen huic, Holstenium non ignotum
(quamuis æquè malè intellectum) fuisse scimus; no-
men enim *Regilli Lacus*, quod illi, qui sub *Monte*
Falcone, & Columnâ Oppido visitur, Holsten. ritè
quidem indidit, indebitè aufert, vt alteri Sanctæ Pra-
xedis, quem Buranum, & Gabinum Holst. nominat,
temerè appingat. Eodemque neglectu, nouus Latij
Author in suæ *SABINAE ANTIQVO-MO-*
DERNAE exactissimâ delineatione, (sic ipse vo-
cat) *Arsuli* olim *Carseoli*, non longè ab Aniene, &
supra Austam reposuit, itaque passim, vt pag. 188.

& 208. appellat. Et quidem non parùm commoueor, Holstenium, talem virum, suæque laudem Germaniæ, plura ad vetus Latium Cluuerij, optimaque adnotantem, ab Authore isto de eodem argumento tractante, vel non visum, vel contemptum; dum alioquin, manuscriptas de excidio Ampiglionis, & putidas de Palatio Euandri fabulas, ac Lanuij cum Lauinio confusiones, ex traditionibus Archipresbyteri Albanensium, atque ex epistolari relatione Iatrophysici Arcis Gandulphi, sagacissimi illius antiquitatum indagatoris, qui auras earum inter Vineta captabat, admittere, & egregio operi, ad prolixitatem vsque, inferere, minimè grauatus fuit.

- * Si verò cum Holsten. fol. 165. lapidem XXXVIII.
 168 apud Somnulam, dixerint à Ponte Anticoli, & per Pontem Stratonicum num. 12. ad læuam diuertendo, numerandum esse; hoc multipliciter refellitur. Nam primò Holsten. supponit ibi, Pontem Scutonicum, (quem Græcâ denominatione honestando, Stratonicum nuncupat) esse in Viâ Valeriâ, quod ex supra ostenso Valeriæ ductu falsum esse probauimus. Vt
 169 * iterius, * itineris mensuram iniquam colligit; quia à Varijs ad Hospitium Ferratæ, quæ ipse V. enunciat, (& tamen, vt supra ostendimus, eius milliaria, plus iusto sunt prolixiora) non nisi III. sunt milliaria; & totidem, plus minùs, ad Pontem Scutonicum, vltra quem non integro milliario stetit olim Columna lapidis XXXVIII. ad Fontem Somnulæ, secundùm Viam: vnde subductâ summâ, ibidem nondum lapis XXXVII. attingebatur. Adde, quòd cùm antiquior

quior sit Via Valeria, cuius meminit Strabo, qui sub Augusto vixit, ipsâ Viâ Sublacensi *sub Nerone Principe primum stratâ*, vt de eâ ait Frontin. num. 10; ac insuper, præcipua Italicarum Viarum, vtpote ea, quæ vsque ad ostia Aterni, & superum Mare exportabatur; * ab eâ potiùs, quàm à Sublacensi, quæ
 170
 ipsius appendix dici poterat, lapides milliarios Diuerticulorum ab vnâ in alteram, numerari par erat. Et tandem, cùm numerus à Viâ Valeriâ, per biuium sub S. Georgio dextrorsum sumptus, egregiè respondeat, numerus autem à Sublacensi, duodecim stadijs deficere appareat, nîl vltrâ quærendum, aut ambigendum videtur.

Accessit demum euidens rei demonstratio, quæ Holstenio occurrere non poterat, cùm recens superuenerit, nempe * Columnæ milliariæ alterius Lapidis XXXVIII. Viæ Sublacensis, tribus milliarijs (stadio minùs) distantis à biuio dicti Viatrij, quod post Pontem Anticoli Sublacensem cum Valeriâ iungit; per quem nouæ Columnæ situm, constat, biuium hoc fuisse ad lapidem XXXV; & proinde, Columnæ ad Fontem Somnulæ, sesquimilliaribus ab indè per Viatrium, & Pontem Stratonicum distantibus, (quatenus cum Holsten. istam esse Viam Valeriam diceremus) non conuenire numerum XXXVIII, vt ipse perperam credidit.

Columna hæc noua, de qua loquimur, lapidis XXXVIII, aquarum impetus immota penitus excipiens, adhuc extat super suâ basi, in ipso Fluminis alueo; Viâ Sublacensi, in hac parte, alluuiionibus

immutatâ, cum sequenti epigraphæ amni obuersâ.

IMP. CAESAR

NERVAE. F. NERVA

TRAIANVS. AVGVSTVS

GERMANICVS. DACICVS

PONTIFEX. MAXIMVS

TRIBVNICIA. POTESTATE

IMP. III. COS. V

RESTITVENDAM. CVRAVIT

XXXVIII.

172^{*} Huius indicium * Io. Baptistæ, ac Petro de Maximis, Fabritij Oppidi Arfularum Domini, & inter priscae probitatis Patritios numerandi, filijs, me debere libens, fateor: ipsi enim, eâ quâ humanitate præstant, & duces itineris, & laboris comites, in purgandâ à limo, & abluendâ Columnâ, sese obtulerunt, non sine periculo subditorum Anienis gurgitum, à quibus lubrico, & vdo solo ramis vicinarum arborum inhærentes, vix palmari interuallo disiungebamur.

Distinctâ itaque Viâ Valeriâ, & Sublacensi, ac reperto Diuerticulo ex vnâ in alteram, à Front. in designandâ Aquâ Marciâ assumpto, & manente etiamnum Columnâ lapidis XXXVIII. Viæ Sublacensis; planus, ac facilis redditur Frontini intellectus, propriaque tam huiusmodi Aquarum, quàm Augustæ Fontium determinatio.

Profectò enim Claudiæ Fontes ad lap. XXXVIII. (iam certum) *sinistrorsus intrâ passus CCC.* si cum Frontino quæras, non alij esse possunt, nisi duo illi

amplissimi, & *speciosi* (sic cum eodem Frontin. eos vocare liceat) num. 19. & 20. in Chartâ signati; quorum alterum * (ambo enim communi nomine *Aqua Serena* vocantur) nescio cur Holstenius omiserit, cum abundantissimus vterque sit, & passus CXX. ab invicem distent, ad Diuerticulum sinistrorsus intrâ passus CCC. propemodum erumpentes: cuius * Diuerticuli vestigium non ampliùs extare, minimè mirum est, si ingentem illius planitiei, quæ duobus fermè miliaribus longè latèque patet, * in altum excre-
 173
 174
 175

scientiam recogitemus, per quam Columna, quæ certè Viam superextare debuerat, modò non nisi in magnâ anni siccitate ab vndis emergit.
 * Vter autem Cæruleus, an Curtius fuerit, in medio relinquam: neque enim mihi, Aquæ quamvis amantissimo, diuque abstemio, æquè ac Holstenio, ex penitissimâ Germaniâ homini, Genius Fontis, aut Naiades incolæ ita fauentes fuerunt, vt hanc ambiguitatem coràm monendo, aut ex visu tollerent. Ille enim Curtiam, & Cæruleam nominatim ostendit pag. 130, nescio quâ distinctionis notâ adiutus, quæ nobis nulla se se obtulit.
 176

* Marcia Caput, ne dum ex Frontini textu satîs constat, fuisse in abundantissimis illis venis sub Sanctâ Mariâ in Arfulis nu. 16, ex distantiâ III. millium passuum à Viâ Valeriâ, & intrâ spatium CC. passuum sinistrorsus à Diuerticulo, per quod ab eâ in Sublaensem fit transitus: * sed ex alio Frontini loco bene perpenso, colligitur, supra Fontes Claudiae, ad ripas Anienis, cum Holsten. minimè statui potuisse. Ait si-
 177
 178
 qui-



quidem Front. num. 25. vbi altitudines Ductuum explicat, *Altissimus Anio est nouus, proxima Claudia, tertium locum tenet Iulia, quartum Tepula, deinde * Marcia, quæ à capite etiam Claudiae libram æquat*: quòd si consideremus cum Holstenio, Fontem Marciae esse *alla Forma della Mola* nu. 22; quid mirum erit, si Marcia, quam decem stadijs superiorem in origine facit, in decursu Fluminis rapidissimi, & plurimum decliuus, æquet libram Claudiae inferius positæ, & humili loco inter recentem Viam, (quæ aliquantò ad læuam recessit, vt situs Columnæ docet) & ipsum Flumen scaturientis? Atqui locus nostræ originis Marciae, licet duobus, & vltra milliaribus infra Claudiae Fontes, verè ipsius libram æquat, vt libellâ experti sumus, quia Vallis, in quâ emergit, valde præcipitem descensum habet; ita vt eâdem ac Claudia altitudine perducì potuisset, * *nî veteres* (vt statim Frontin. subdit) *humiliore directurâ perduxissent, siue nondum subtili exploratâ arte librandi, seu quia ex industriâ infra terram Aquas mergebant, ne faciliè ab hostibus interciperentur, cum frequentia adhuc contra Italicos bella gererentur.* Quàm verè autem hanc veterem librandi imperitiam notauerit Frontin.; in ipso Marciae Ductu propè Urbem de facili cernere datur, qui in loco vbi eius opus arcuatum incipit, ad Viam Latinam V. circiter ab Urbe lap. cum Ductu Claudiae collatus, XX. pedes sub eo reperitur: & mox ad Portam Maiorem, totis V. ped. & femis (nî aliquid tantæ declinationi, descensus post Piscinam contulerit) deprimitur, vt in I. nostrâ

nostrâ Dissert. ad Lucium, ex Tabulâ sectionis Ductuum, post num. marginalem 30. apparet.

Humilitatem verò Claudiae, quam in imâ planitie, & ad Simbruinorum Montium radices oriri diximus, quid si sequens eius * imago (nihil enim apud veteres, in istiusmodi monumentis inane, & sinè aliquâ significatione reperias) nobis ad viuum ostendat?

181



non enim sub eâ loquaces lymphæ defiliunt; nec ipsa suum Riuum, vt alia Nympharum, & Fluminum numina præcipitat; sed Vrna, pigris veluti, & stagnantibus Aquis immerfa, humorem potius haurire, vt alibi transmittat, quàm effundere videtur; * illudque referre, quod in Arâ per vetustâ, Cæruleis hisce Nymphis dedicatâ (Cæruleus enim vnus ex præcipuis Claudiae Fontibus, vt vidimus, qui *κυανέη* Græcè, & poëtice) non obscure de ortu, & mox in se interitu eiusdemmet Aquæ continetur, in ijs versibus.

* 182

VNDIS. CYANEIS. DONVM. PLA
CAVILE. FECIT
CONTVRCIVS. BLANDAS. PER. A
QVAS. ARAM. VENERANDAM
HINC. ORITVR. PERGITQVE. FLV

ENS

RAPHAELIS FABRETTI
 ENS.DEINDE.OCCIDET.IN.SE
 RIPAI.MOX.VIRIDIS.RENOVAN
 TIBVS.INCLYTA.NYMPHIS
 NVMINE.FONTIGENO.GRATES
 EX.VNDIQVE.SOLVENS
 SOSPES.CVM.COMITE.PRAE
 STAT.RENOVANTE.LIQVORE

Epigramma citat, & ad Cæruleum Fontem trahit Pighius Annal. Rom.tom.II. in Charact. lib. vij. pag.4, ultimo tamen versu relicto, quem ex Grutero supplementus pag.xciii. 11; & hunc rursus ex Pighio oculato teste corrigimus, ubi *tabulam marmoream*, eam quæ Pighio, & ipsi carmini ARA est, nuncupat. Esto attamen nil arcanum in hoc signo, eiusque Vrnæ positione subsit; rarum nihilominus ex se, & notabile redditur hoc anaglyphum, Aquam ipsam Claudiam ex subditâ sibi, hicque relatâ inscriptione (quæ etiam apud Grut. legitur pag.Dci. 7.) repræsentans.

D^{sc}. M
 CLEMETI.CAESAR
 VM.NN.SERVO
 CASTELLARIO
 AQVAE.CLAVDIAE
 FECIT.CLAVDIA
 SABBATHIS
 ET.SIBI.ET.SVIS.

* Aliud, infabrè quidem scalptum, sed non omittendum eiusdem Aquæ Claudiae simulachrum, dabit hæc tabula lapidea, ex Tuo Museo publicæ Literatorum notitiæ nunc integrè exposita:

in

D . M
SABBIO . CAES . N . S .
VILIC . AQVAE . CLAVDIAE
FECIT . SIBI . ET . FABIAE
VERECVNDAE . CONIVG
SVAE . CVM . QVA . VIXIT
ANNIS . XXIV . SANCTISSI
MAE . ET LIBERTIS . LIBERTA
BVSQ . EIVS . ET VIKARIS
SVIS . POSTERISQVE . EO
RVM . OMNIVM . IN
PARTE . DIMIDIA . SVA



D . M .
SPORVS . CAES . N . S .
VILIC . AQVAE . CLAVDIAE
FECIT . SIBI . ET . CLAVDIAE
HERMIONE . CONIVGI
SVAE . SANCTISSIMAE
ET LIBERTIS . LIBERTA
BVSQ . EIVS . ET VIKARIS
SVIS . POSTERISQVE
EORVM . OMNIVM
IN . PARTE . DIMIDIA . SVA

in quâ nouum, nec Grutero cognitum, & à superiori
 CASTELLARII diuersum, hoc est *VILICI ministe-
 184 rium, quod familiae Ductuum tutelæ assignatæ iux-
 ta Frontin. num. 104. proprium erat, expresse vi-
 des: & insuper, alia, Frontino ipsi non commemora-
 ta VIKARII istiusmodi VILICORVM nomencla-
 tura, continetur. Vtrumque nomen à rectâ quidem
 scribendi ratione discedit; in *Vikario* namque eu-
 idens est abusus literæ K pro C, quem in pluribus alijs
 nominibus Gruter. in Indice eorum quæ ad Gramm.
 pert. adnotauit: sed in *Vilico*, quamuis duplici LL. scri-
 bendum hoc nomen doceat Varro de Re Rust. lib. 1.
 cap. 1. vbi à *Villa* eius etymon deducit; nescio ta-
 men cur in marmoribus frequentius, eo quo hîc ha-
 betur modo, reperiatur, tam apud Grut. pag. lxxix. 4.
 cvij. 9. & cccxxxix. 5, quàm in ijs quæ sequuntur in-
 scriptionibus; quarum prior, est inter meas ineditas;
 alteram Dausquejus affert in Orth. Verb. *Villicus*,

SILVANO.SAC	SILVANO.SACRVM
SPERATVS	ONESIMVS
IMP.CAESARIS	VILICVS
HADRIAN.AVG	L.V.P
SER. VILICVS	

vbi, hoc nomen ex origine vnicum L. poscere, argu-
 tē magis fortasse, quàm verè, probare contendit.

Rarior adhuc redditur, solitaria, quam adduximus,
 185 Nymphæ iacentis imago, quò semper * ternas, mar-
 mora, picturasque veterum exhibere cernimus: cuius
 rei, vltra ea quæ passim obuia sunt exempla, hæc à
 me obseruata, nouaque, vt puto, in vnum contuli.

Pri-

Primum hoc erit, quod ex Tuis MM.SS. Antiquitatum recollectionibus to. I I. pag. 228. huc transtuli,



cuius autographum Neapoli in Aedibus Hadriani Guillelmi extitisse dicitur, nullâ non fui parte conspicuum: tum ex Aquario ad aram coronatam sacrificante,* intecto quidem capite, ex quo sacrum fit medioxumis, & de plebeculâ numinibus, vt sollemne
 fuisse probaui in nœo de Colum. Trai. Syntagm. cap. vj: tum ex * Serpente expresso, notissimo illo salutis
 typo in Cæsarum nummis, per quem salubritas ad-
 umbratur, quæ in hâc inscriptione legitur,

NYMPHIS. SALVTIFE
 RIS. SACRVM
 M. LVCILIVS. LVCILI
 ANVS. AVG. COL. PRO
 SALVTE. SVA. ET
 L. ANTISTI. ONE
 SIMI. AVG. COL
 V. S. L. M. *Grut. pag. xciv. i.*
 N 2 cui



cui par CVRANDIS AECRITVDINIBVS alius
Fons apud eundem Grut. pag. clxxviii. 5. celebratur:
tum demum * ex herbæ illius latifoliæ gestamine, ob
188 rationem, per Plin. in eiusdem descriptione lib. xxv.
cap. vij. allatam, *Nymphæa* (ait ille) *nata traditur,*
Nymphæa, zelotypiâ erga Herculem mortuâ, quare Her-
culeon vocant aliqui; nascitur in aquosis, folijs magnis
in summâ aquâ, & alijs ex radice prodeuntibus.

Aliud quod sequitur exemplum observaui, & exce-
pi ex cippulo bipalmari, muro Vineæ cuiusdam inser-
to, in semitâ, quæ à Portâ S. Pauli, ad Viam Appiam
ducit. Marmor pessimè se habet, vt vides :



sed nos fideliter reddere malumus, potius quàm, vt
alii in nummis, & lapidibus faciunt, absentes specio-
sè decipere; nam isti dum corrigere tentant, vetera
sepè monumenta corrumpunt. Licentiam enim, vel
mini-

minimam, malè cedere in his rebus, interminat in
suis Corrigend. accuratissimus Ianus Cruterus.

Tertium suggerit votiuus hic lapis, qui in hortis
Matthæijs visitur,



TI·CLAVDIVS·ASCLEPIADES
ET·CAECILIVS·ASCLEPIADES
EX VOTO·NYMPHABVS·D·D·

in quo, præter ea, quæ de ternario Nympharum nu-
mero præcipuè notanda proposui, communis ille* Sil-
uani, & Herculis cultus, in vnâ eâdemque Reg. xiiij. 189
Aede iuxta Viêt. præstitus, & quinquies in Opere Grut.
expressus, recurfat; quem ipsum, ex communi epithe-
to, nouo iterum, arctiori que vinculo iungemus.
Vt enim vnicè hætenus titulum* POLLENTIS, Her-
culi datum vidimus apud Grut. pag. 1. 3. & pag. cccxv. 190
7; ita Siluano quoque, tam POLLENTIS, quàm
(qui synonymus est) VALENTIS, vel VALENTII
tributum fuisse, monstrat sequens apud me lapidis nu-
per

per reperti fragmentum, quod, ut situi me accommoda-
rem, in duas partes secui; aliaque in Labicanâ apud
Aedem Turris Nouæ existens inscriptio.

C.IVLIYS.HELPIDI.F.HORVS.CYRINVS.PATRONVS.SODALICII
CAM.PRIOR.INTVLERIT.S.S. ∞. ∞.M.N.CVM.IIS.QVI.TEMPLVM

 IMMVNES SILIBINVS SEN SILIBINVS IVN QVINTVS AVCVPIVS AMPLIATVS FILVMENVS	DECVRIA PRINCIPAL		DECVRIA	
	CORINTHV	S MASYRIV	S	BALERIANV S
	<i>& alia XIV. seruilis nomina</i>	<i>& alia XIII. seruilis nomina</i>		<i>& alia XIV. seruilis nomina</i>

DII.SILVANI.POLLENTIS.VOTO.POSVIT.QVI.CVM.IPSE.IN.FABRI
ASOLO.INSTRVXERVNT.DEDICAVERVNTQ.PATRON CLYB LMF

DECVRIA THYMELICI			
POLYNICE	S FANNIV	S ONESIMV	S
<i>& alia XV. seruilis nomina</i>	<i>& alia XIV. seruilis nomina</i>	<i>& alia XV. seruilis nomina</i>	 BIATORES SAPARDACIVS FILA DELFVS FELICISSIMVS

VALENTIO
SILVANO
A. FLVTIVS
ATHENAEVS
V.S.L.D.D

Aliud

Aliud ex lapide apud Grut. pag. xciiij. 3. eruitur, in quo, super hâc inscriptione,

BATINIA . PRISCILLA

NYMPHIS . SACRVM

Signa,* non quidem Nympharum, sed trium Gratiarum erecta fuerunt. Vnde ad præsens institutum suffecerit, ternarium nostrum, alijs quamuis nuniinibus significatum, inferre; ommittendo plurima, quæ de Gratiarum, & Nympharum consortio dici possent, Doctique viri ad Horat. Od. iv. & xxx. lib. j, ac vij. lib. iv. congefferunt.

Accedit ternarium idem in veteri picturâ contentum,* quæ è Sepulchro gentis Nasoniæ Viâ Flaminîâ ad V. lap. nuper ad hortos Alterios translata fuit. In eâ Nymphæ, Hippocrenides forsan, Pegaso, Fontis ipsius productori; seu Tritonidis paludis incolæ, in quâ Pegasus genitus dicitur, aquâ infusâ blandiuntur, ipsumque manibus demulcent.



Et postquam à marmoribus ad picturas transitum fecimus, aliam, non euanidis, & intermorituris coloribus, sed gemmarum ipsarum tinctu nitentem pictam hanc tabulam, cum tribus pariter * Nymphis, ex
 193 Theocr. Idyl. xiiij. spectandam proponemus.

Κῶχεθ' Ἰλῆας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ὀπιδ' ὀρεῖον ὄισων
 Χαλκρον ἄγρος ἔχων. τάχα δὲ κρέναν ἐβήσεν
 Ἡμένω ἐν χώρῳ. πρὶ δὲ θρία πολλὰ πεφύκει,
 Κυανέον τε χελιδόνιον, χλοερόν τ' ἀδίαντον,
 Καὶ θάλλοντα σέλινα, καὶ εἰλιτενὴς ἄγρωσις,
 Ἰδατι δ' ἐν μέσῳ νύμφαι χορὸν ἀρτίζοντο,
 Νύμφαι ἀκοίμητοι, δειναὶ δεαὶ ἀγροιώταις,
 Εὐνικά, καὶ Μάλις, ἔαρ θ' ὀρώσα Νυχεία. hoc est
 Et abiit Hylas flauus, Aquam cœne gratiâ portaturus,
 Aereum vas habens: statim autem Fontem animaduertit
 Humili in loco; circum autem folia multa nata erant,
 Cæruleumque chelidonium, virideque adiantum,
 Et germinantia apia, & crispa agrostis.
 Aquâ verò in mediâ Nymphæ chorum instituebant,
 Nymphæ peruigiles, metuenda numina rusticis,
 Eunica, & Malis, & veris amica Nychæia.

Nec destruit hanc nostram obseruationem locus Pausaniæ in Eliacis, vbi, prope Cytherum Fluuium, quattuor* Nympharum, quæ Ionides vocatæ fuerunt,
 194 Calliphææ nempè, Synallaxis, Pigææ, & Iasidis Templum erectum ait. Quoniam, etsi fateamur, Ionides istas, aquaticas Nymphas fuisse, eò quia propriè, & κατ' ἐξοχήν, Nympharum vocabulum Deabus Aquarum præsidibus conueniat, vt probat clarissimus huius æui Scriptor Vossius de Orig. Idolol. lib. ij. cap. lxxviiij. Attamen, vt tot monumentorum consensum sustineamus, dici potest, tribus Nymphis aliquam Heroïdem adiunctam, & veluti superadditam fuisse

fuisse; eodem Græcanicæ adulationis genere, quo, in marmore à Grut. descripto pag. xciiij. 4, cuius exemplum ex autographo damus,



AD SORORES IIII

tribus Gratijs sese de more amplectentibus, * quarta
(quam nouam nuptam reor, ex geminis auiculis in tympano ludentibus, à Smetio non animaduersis, 195
& velo quo ob pudorem caput operit, obnubitque, vnde Nuptiæ dictæ) earum choro inseritur; tanquam si numerum Gratiarum augere, & communiter cum ipsis coli mereretur, atque eiusdem lapidis inscriptio, AD SORORES IIII, hisce Aufonij versibus epigr. cxliij. explicanda sit,

*Tres fuerant Charites; sed dum mea Lesbia vixit,
Quattuor; ut perijt, tres numerantur item.*

O

Nec

- * Nec solum in Aquatilibus Nymphis, * verum in
 196 alijs rusticis eiusdem sexus numinibus, eandem ternarij numeri obseruationem vigere aduerti, miratusque sum. Tres enim sunt * Matronæ illæ Vacallinæ
 * 197 apud Gruter. pag. xcj. 3; totidem Mairæ pag. xcij. 1; totidemque * Suleuæ, & Campestræ in sequenti lapide, iam pridem in impluui priuatæ domus ad
 * 198 Plateam Matthæiorum muro inserto, sed à me primum superioribus annis inter suas sordes, & araneas animaduerso, & repurgato.



Séd qui marmori lucem dedi, obscuritati vocis illius SVLEVIS (non quidem omnino corruptæ latinitalis, quia Ap. Annij Braduæ, & T. Vibij Bari consularatus ad annum Urbis cmxij. in Fastis reponitur) me lucem aliquam afferre posse diffido; & proinde, ad alia, in hoc marmore notatu digna, me conuertam. Inter quæ, occurrit Verres fronde lustrali præcinctus, vt Columna Traiani in primo Suouetaurili, hoc eodem ornatu, hanc victimam ostendit, cui postea vittam, siue fasciam vocare libeat, ferti huiusmodi succedaneam tribuit: * promiscuum enim apud veteres fuisse, de eâdem Columnâ scribens, probaui, modò coronæ, modò vittæ, tam in victimis, quàm in sacrificantibus vsum; prout hic quoque, Centurio, quem sua vitis, non minus, quàm titulus inscriptionis indicat, vittâ, seu fasciâ, à sinistro humero pendente, insignitur. Sed quod vnicè hanc inscriptionem nobilitat, est formula illa * LAETVS LIBENS, ex quâ tandem Notarum studiosis intellecta est hæc L. L., quæ antea, *libens libens*, vel *libentissimè* interpretabatur, &, quod magis miror, etiam post visam epigraphen apud Grut. pag. mxxiv. 4, vbi rō LAET. LIB. paullo minùs quàm in hac nostrâ extensus, ad veram notarum illarum L. L. intelligentiam manuducere videbatur.

Quid multis? si ferè omnia * foeminini sexus, quæ pluralitatem habent, numina, siue monstra, læua, an auspicata ea sint, ternario hoc numero concludi, vno verbo, dicere possimus? quales nempe, Gorgonas, Græas, Parcas, Fatas (distinguit enim vtrasque Au-

fon. de Ternar. Num. Idyl. xj.) Sirenes , Harpyias ,
Hesperides , Stymphalidas, Eumenides, Grantias, Sy-
billas, (si eidem Aufonio credimus) & Musas ipfas
fabulosa antiquitas induxit . * Musas, dixi, iuxta vetu-

202 stiorum sententiam, de quâ Plut. in Quæst. Conuiui.
lib. ix. quæst. xiv, Pausan. in Bœotic., Varro apud Seru.
ad Eclog. vij. vers. xxj. *Nymphæ, noster amor, Libethri-*
des, Ephorus apud Arnob. aduers. Gent. lib. iij., &
cum Arnobio D. August. de Doctr. Christ. lib. ij. cap.
xvij. abundè testantur. Imò, *Signum Apollinis in De-*
lo dicatum, eo habitu, ut dexterâ arcum teneat, si-
nistrâ Grantias, quamlibet instrumentum musicum
aliquod apprehendentem, (nam alia Lyram, Tybias
alia, quæ in medio est, admotam ori Fistulam continet)
de quo Plutar. in Opusc. de Musicâ, Musas ternas, ex
instrumentis unicuique proprijs, Gratijs verò ineptis,
sustinuisse dicemus; & hoc idem simulachrum respe-
xisse Aufon. in dicto Ternarij Grypho, dum cecinit;

203 *Tris solas, quondam tenuit quas dextera Phœbi.*

Verum, iam tandem, Nymphis, Musisque, & eorum
Fonte Caballino relictis, ne, dum flores,

Debitæ Nymphis opifex corona,
circa Viam consulto legimus, à Viâ ipsâ aberrasse vi-
dear; nostra, quæ lustrabamus, circa Anienem fluen-
ta repetam.

Ex loci originis Marcia vicinitate, probabile est,
fragmentum * lapidis cum hâc inscriptione,

203

SALVIS. DD. N)
PERPET
FORMAM

existens in Arâ proximæ Ecclesiæ sub inuocatione
 Beatæ Mariæ in Arfulis, ad hanc Marcia Formam,
 illiusque refectionem spectasse: nam formula ista,
Saluis DD. Nostreis, Honorij, & Theodosij peculiaris
 esse legitur apud Grut. pag. clxx. 5. & pag. cclxxxvj.
 7. * Honorius autem, qui in Occidente imperauit,
 quemadmodum vnâ cum Arcadio legem de Aquâ
 Claudiâ edidit, quæ est XI. lib. XV. tit. II. in Cod.
 Theodos.; ita fortasse cum Theodosio II. aliquid in
 hac Aquâ Marcia operatus fuit.

* Hanc illam Aquam Marciam, *clarissimam* (vt
 ait Plin.) *Aquarum omnium in toto Orbe, frigoris,*
salubritatisque palmâ, preconio Urbis, & proinde,
 ad vinum miscendum, cæteris omnibus à Tibull. lib.
 iij. eleg. vij. anteposita,

Temperet annosum Marcia lymphæ merum,
 indignè, cum alijs omnibus illius Regionis, vituperat
 Hieron. Mercur. Var. Lect. lib. ij. cap. ix, & Galeni au-
 thoritate fretus, in vsu pro cibo, & potu, olim fuisse
 negat. *Quanquam haud facile credo, eas, quæ ex*
Tiburtinis montibus Romam ducebantur, multum
pro cibo, potuue in vsu fuisse, propterea quod Gale-
nus, omnium Romæ conditionum diligentissimus ob-
seruator, in IV. VI. Epidem. Comment., illas omnes,
crudas, & coquendis edulij ineptas extitisse asseue-
rat; addens, eam Urbem, vt alias excellentissimas
dotes, sic & plurimos, & pulcherrimos habuisse
Fontes, ex quibus ægri, ne dum sani potarent. Hæc
ille. At iste, nedum luculentis de bonitate Marcia
Plinij, & Frontini testimonijs, qui num. 79. eam to-

tam

tam potui addictam fuisse dicit, aduersatur; itemque
 Arriani, qui eam, celebratissimæ apud Thebas Dir-
 ces Aquæ præferre videtur, in Dissert. Epist. lib. ij. cap.
 xvj. Ὁ γὰρ Μάρκιον [ὕδωρ] χεῖρον ἔστι τῷ Διρκῆ, hoc est,
 num Marcia [Aqua] deterior est Dirceâ? sed ipsum
 Galenum* suum iratum, & contrarium habet, qui
 206* inter laudes omnibus Vrbani Aquis communes, à
 quibus Marciam excludi, nec mens Galeni, nec ver-
 ba patiuntur, leuiusculum quid admiscet, ad has Ti-
 burtinas Aquas spectans, quod non vitium, sed qua-
 litatem denotare videtur: ipsemet verò audiatur in
 loco per Mercur. laudato, num. 10. Romæ, sicut &
 multa alia in eâ Vrbs eximia sunt, ita & Fontium
 elegantia, & multitudo est admirabilis; eorum nul-
 lo foetidam Aquam, aut medicatam, ac turbidam,
 aut asperam, crudamque effundente, sicut neque
 Pergami in Patriâ nostrâ: in multis autem alijs
 Vrbibus, haud pauca deprauatæ Aquæ reperiuntur.
 Ille sanè, quæ ex Tiburtinis montibus per lapideas
 fistulas in Romanâ Ciuitate deriuantur, alijs qui-
 dem vitijs carentes, crudiusculæ tamen sunt, ut ne-
 que celeriter calefiant, ut Urbani Fontes, neque re-
 frigerentur, neque celeriter in ipsis, ut in fontanis
 Aquis, quæcumque inieceris elixentur legumina, ole-
 ra, & carnes. Ex his autem, aliæ alijs in locis mul-
 to crudiores sunt, & ab ipsis indigenis duræ, graues-
 que nominantur, quia ventriculum infestent, & à
 potu, onus quoddam plures percipiant. Quæ enim
 hisce vltimis verbis aduersus Aquas illius Regionis
 dixit, Marciam, aliasque Romæ aduectas certè non

tan-

tangunt, vt Mercur. forſan accepit: aliàs enim, Galenus, Medicorum diſertiſſimus, antilogiã in eãdem ferè periodo laboraret, qui primis illis verbis, *nullam Romæ Aquam medicatam, aut foetidam, aut asperam, crudamque*, effundi præmittit, quibus, Mercurialis paraphraſis ex diametro opponitur.

Sed iam tempus eſt, vt nouam, & raritate argumenti, ni fallimur, egregiam coniecturam depromamus, per quam, noſtros Marcie Fontes loco iam dicto affigamus, & Frontino quam dedimus interpretationem, lapideis literatis monumentis congruere probemus. Quã igitur Diuerticulum, à Valeriã verſus meridiem procedendo, in Sublacenſem recto tramite incidit, (nam aliud Viatrium, in quo Pons Scutonicus, ab hoc Diuerticulo verſus hybernũ occaſum dextrorſum flexitur, in gratiam forſan Aquæ Marcie, eiufque Fontium inuiſendorum, quos rectã respicit, adaperitum) * veteris Aedificij rudera concamerata viſuntur ad num. 16; inter quæ, & Statuam togatam, & tabulam marmoream ſic inſcriptam iacere reperimus, Ruſtico quodam, qui inter arandum illam offenderat, monſtrante.

IMP. CAESAR

DIVI. F

AVGVSTVS

EX. S. C

CIDCCXLII. P. CCXL

* Hæc inſcriptionum formula, in enumeratione P. CCXL. deſinentium, ad Aquas pertinere iam compertum eſt, quia in alijs, quas modò adducemus, apud

apud Gruterum extantibus, nomen Aquæ, cui una-
quæque applicabatur, expressum erat; prioribus nem-
pe *Virginis*, *tertiæ*, *Iulie*, *Tepulæ*, *Marcie*.

VIRG

TI. CAESAR. AVG

PONTIF. MAXIM

TRIB. POT. XXXVIII

COS. V. IMP. VIII

I

P . CCXL *Grut. pag. clxxvj. 3.*

VIRG.

TI. CLAUDIVS

DRVSI. F. CAESAR

AVG. GERMANICVS

PONTIFEX. MAXIMVS

TRIBVNIC. POTESTAT. IIII

COS. III. IMP. VIII. P. P

I

P . CCXL *pag. ead. 4.*

Corruptas has duas exhibuit Chifflet. in tractatiunculâ
de Aquâ Virg., nam vltimum numerum CCXL. in
CCXI. deformauit; id quod monitum volui, ne in-
scriptionibus, quibus, vtî Scorpio (vt videbis) in
caudâ vires sunt, vis omnis auferretur.

IVL. TEP. MAR

IMP. CAESAR

DIVI. F

AVGVSTVS

EX. S. C

XXV

PED. CCXL *pag. Mxix. 10.*

Ligo-

* Ligorius, qui aliquam ex antecedentibus fortasse viderat, eam non assequutus, silentio præterijt; sed vt fuit literatorum Simius, hanc ex capite effinxit, vt vicissim crucem eruditis figeret, & nullo simul literario arcano se destitutum ostenderet, 209

AQVAE. IVLIAE. TEPVLAE

IMP. CAES. DIVI. IVLI. F

AVGVSTVS. PONTIF

MAX. COS. XII. TRIB. POT

XIX. IMP. XIII. CVRANTE

M. VIPSAN. AGRIPPA

AEDIL. CVRVL. L. C-³

P. MILL. X

quam dixit extare in cippo ex Tiburtino lapide, inuento Viâ Latinâ, tertio ab Vrbe milliari, estque inter eius Recollectiones in Bibliothecâ Vaticanâ fol. 45. Sed quò pluribus munimentis insistere conatur, eò magis fraudem, & spurietatem patefacit: nam III. lapis Viæ Latinæ, circa quem, cippum fuisse repertum asserit, non potuit X. milliarij notâ signari, si locum, non à Fontibus, (vt mox videbimus) sed ab erogatione in Vrbe, distantem significat. Præterea, quia intrâ septimum ab Vrbe milliarium, Iulia, & Tepula, cum Marciâ iunctæ procedebant, tanquam eius substructionibus supra terram, & operi arcuato innixæ: ergò ad III. vel IV. lapidem non poterant duæ priores seorsim ab alterâ nuncupari. Accedit * affectata Aedilitatis mentio, vt cum Plinio consentire videatur, qui de operibus id genus in Aedilitate Agrippæ perfectis loquitur: * sed in hoc quoque *fidem non*

P

deco-

*
210

*
211

decoxit, & idoneo prouisu priscae eruditionis, & solertiae iudicatricis, se destitutum detexit; vt eleganter Spanhem. Dissert. iij. de Præst. Numism., inter alia, de eo profert; nam Agrippæ Aedilitas, ex Frontin. de Aquæd. num. 12. post eius primum consulatum Imp. Cæs. Augusto, & M. Lælio Volcatio Consulibus, incidit, qui fuit secundus Augusti consulatus, vt Fasti omnes conueniunt: vnde patet, quàm inscitè Aedilitas ista cum XII. Augusti consulatu, post XXVIII. annos inito, copuletur: quo insuper tempore iam Agrippa decesserat, cuius obitum Panuin. ex Dione refert ad Tribuniciam potestatem Aug. XII, hoc est VII. ante hanc CVRATIONEM anno. Post hæc adeò crassa, & pinguis; leue erit mendum in enumeratione acclamationis Imperatoriæ XIII, cum hoc XII. consulatu, cum quo passim nummi XIV. habent, quæ etiam cum cos. vndecimo, & trib. pot. XVI. copulatur apud Occon. pag. 63; itemque aliud expressiōnis nominis gentilitij M. Vipsanij, nusquam in publicis monumentis; aut in pluribus ipsius nummis vsurpati, tanquam generis cuius pudebat memoriam referentis; de quo etiam Seneca contr. iv. lib. ij. his verbis fidem facit, *Vipsanius Agrippa fuerat, Vipsanij nomen, quasi argumentum paternæ humilitatis sustulerat, & M. Agrippa dicebatur. Cum defenderet reum, fuit accusator, qui diceret, M. Agrippa, & quod medium est, volebat Vipsanum intelligi.*

Postquam igitur (pluribus forsan quàm opus fuit) supposititiæ huius, & ineruditæ inscriptionis offendiculum sustulimus, aliam, Vir Eminentiſſime, me-

minisse potes nos obseruasse in Vinea Bartholomæi Virgilij, duobus milliarijs, stadio minus, à Portâ Maiori, & inter rudera Arcuum Marciae, & Claudiae iacentem; quæ, concedente possessore, tuo ornatissimo Museo accreuit. Locum vnde eruta fuit, non frustrâ (vt mox videbis) minutè recensui. Ea ita se habet.

IVL. TEP. MAR

IMP. CAESAR

DIVI. F

AVGVSTVS

EX. S. C

LXIII

P. CCXL

Iam verò * sollemnis ista in omnibus hisce lapidibus pedum CCXL. (pedes enim expressos habes in III. earum quæ apud Grut.) siuè duorum Actuum duplicatorum, quodque idem est, vnius Iugeri in longum mensura, me inducit, vt credam, veteres illos Aquarum Curatores, isto modulo longitudines Riuorum cuiusque Ductus dimetiri solitos fuisse. Id quod, vt verissimum reperimus in hoc numero I. duorum priorum lapidum, repertorum in ipso primo Iugero erogationis Aquæ Virginis, nempe sub Aede Trinitatis, vbi terminum istius Aquæ Lucas Paet. agnoscit, qui etiam in suo libello de Restit. Aquæ Virg. easdem inscriptiones affert: ita ad verum accedit in cippo modo allato ad Iugera LXIII, hoc est ad passus III. M. XXIV; quotis distare debuit à loco vbi cippus repertus est, locus erogationis Marciae, qui, vt ex

*
214

P 2

Front.



*
215 Front. num. 27. habemus, * erat ad Viminalem Portam, nempe in medio Aggeris Tarquinij, vbi veteres Scriptores eam collocant: quâ etiam dirigi videmus ipsius Marciae Ductum, qui post Arcum ad Portam S. Laurentij, læuorsum defleat, & recentiora moenia Urbis ad dexteram linquit. Cumque à loco vbi lapis iacuit, secundum seriem Ductuum, vsque ad Portam S. Laurentij sint pass. II. M. CCCC.; (quantum per Vinearum impedimenta, & flexus earumdem, à longè, non quidem exactè, colligere valuimus) reliquum spatium pass. DCXXIV. ad Iugera LXIII. implenda, denotabit in Villâ Perettâ, per quam Aggeris pars decurrebat, priscum Viminalis Portæ situm; lineâ productâ à rectitudine Viæ Collatinæ, quæ non aliunde, quàm ex hâc Portâ Viminali exire potuit, & vt aliàs diximus, secundum latera Arcus ad dexteram obliquata dirigebatur, vt in Schemate aliàs per nos allato videre est.

Vnde affirmare non dubitemus, Iugera illa MCCXXXII. nostræ inscriptionis, hunc ipsum locum, in quo Augustus memoriam statuit, indicare, & optimè cum mensurâ Frontini consentire. Quia MCCXLII. Iugera, per pedes CCXXXX. siue passus geometricos XXXXVIII. multiplicata, dant passus LIX. M. DCXVI. Et * Front. pariter integro Ductui,
216 millia pass. LX. cum alijs DCCX. & semis, num. 10. assignat; quæ mille circiter passuum differentia, additâ distantia huius lapidis terminalis ab ipsis Fontibus, vnde Frontin. suæ mensuræ sumit terminum, & consideratâ obliquitate Ductus per illam vallem;
sup-

supplenda, & æquanda venit, ut exactè milliarem Frontini mensuram, cum nostrâ Iugerorum concordare, iurè meritò dicere possimus.

* Quamobrem autem in Frontino, qui adeò accurate de Aquis scripsit, nulla de hâc mensurâ fiat mentio; exinde profectum arbitror, quia illius ævo istud mensuræ genus incertum, & fallax remanserat. Etenim, ut ipse aduertit num. 25. *iam tamen quibusdam locis sicubi Ductus vetustate dilapsus est, omisso circuitu subterraneo, vallis tractus, breuitatis causâ, substructionibus, arcuationibusque traicitur: vnde decurtato Ductuum circuitu, nîl mirum, quòd vetus Iugerorum mensura obsoleuerit.* 217

Præterea, additis post Augustum alijs duobus Aquæductibus Anionis Noui, & Claudie: operosa nimium videri potuit Curatoribus Aquarum, qui sub Claudio, & alijs successoribus fuerunt, hæc iugera tim distributio, totque terminorum, & cipporum erectio: * & proinde aliâ faciliiori methodo Frontinus, per typum, ac delineationem omnium Ductuum, 218
usus est in suo munere, ut ipsemet num. 29. scriptum reliquit, *non alienum mihi visum est, longitudines quoque Riuorum cuiusque Ductus, & etiam per species operum complecti: nam cum maxima officij pars in tutelâ eorum sit, scire Prepositum oportet, quæ maiora impendia exigant. Nostræ quidem sollicitudini non sufficit singula oculis subicisse, * sed 219
formas quoque Ductuum facere curauimus, (intellige vestigium, seu ichnographiam, receptâ in re agrariâ loquutione) ex quibus appareret, ubi vallis, quan-*

quanteque, ubi flumina traicerentur, ubi montium lateribus Specus appliciti, quantoque maiorem, assiduamque pertegendi, ac muniendi ij exigant curam. Hinc illa contingit utilitas, ut rem statim, velut in conspectu, habere possimus, & deliberare tanquam assistentes. Ita Frontin.

- *
220 Augustæ origo, postquam Riuus Marcia sub dictis rudibus nobis innotuit, iam latere non potest; eritque indubiè, ex distantia passuum DCCC. à Riuo Marcia, non ab origine, (ita enim Frontinus designauit) ad Lacum di S. Lucia, ubi reliquæ substructionis apparent. Ex viciniâ autem passuum CCXXV. alterius Fontis ad num. 17, circa quem non spernenda vetusti operis vestigia adhuc extant; & quia aliàs, Fons, & Riuus iste, Ductum Aquæ di S. Lucia interfecisset, & impedisset; crediderim, eius quoque Fontis venas in Augustâ interceptas fuisse. *
221 Caput autem Augustæ hic repositum, alteri Frontini loco num. 20. optimè consentit, qui utrique Aquæ, Claudiae, & Marcia, Augustam accomodatam tradit, id quod optimè fieri poterat, si media inter easdem constiteret.


- *
222 Originem Marcia quam ei Plinius tribuit, qui lib. xxxj. cap. iij. tradit, eandem à Fonte Piconiâ in ultimis Pelignorum montibus, Marsos, & Fucinum Lacum pertransire, à quo Statius suum illud mutuatus est lib. i. Syl. de Bal. Etr.

. . . Marsasque niues, & frigora ducens
Marcia. . . .

inter aduag. meritò reputat Holstenius, cuius verbis subscribo; hanc (inquit ille pag. 146.) fabulam, non alio

*alio loco habendam existimo, quo occultos amantis
 Alphei meatus.* *Minuere hanc certè improbabilita-
 tem Georg. Fabric. conatus fuit, sed infelici, & pu- 223
 dendâ subtilitate, dum Lacum Fucinum in Flumen
 vertit, & transitum plumbeis fistulis molitur cap. xvij.
 de Aquæd. pag. 200. Hic ille Author, ita nihilominus
 in præmio de se magnificè pollicetur, *hoc enim
 quamuis arrogantiusculum sit, quia tamen verum
 est, dicam; me posse, aliorum, qui de Vrbe nuper scrip-
 serunt, errores varios, certis veterum Scriptorum testi-
 monijs conuincere.* Nobis tamen perinde est, vera ne,
 an improbabilis sit Plinij sententia, qui non hydro-
 phylacia Lynceis oculis in terræ visceribus perscru-
 tamur; sed locum, vbi rursus cum eodem Plinio in
 Tiburtino se aperit, & vnde Romam deducta fuit, ad
 Frontini mentem explicauimus.

Non abs re hîc erit de Piscinâ huius Aquæ Mar-
 ciæ, quam in Chartâ Topographicâ I. Dissert. n. 27.
 dubius indicaui, aliquid sub eâdem quamuis dubietate
 referre. * Ad ipsam itaque Viam Latinam, quæ eò loci
 paullò post IV. lapidem inter Arcus Marcæ, & Clau- 224
 diæ procurrit; in Fundo *dello Spedaletto*, & prope
 rudera plurium ædificiorum, (quæ hodie ex quanti-
 tate, vulgò *le cento Celle* dicuntur, & nos ex loco, re-
 liquias Pagi Lemonij fuisse credimus) alijs integrior
 fortè fortunâ Cisterna, & eam inter ac veterem Mar-
 ciæ Ductum, Puteus remansit; quibus duobus mem-
 bris conspirantibus, Piscinæ Limariæ effectum re-
 sultasse putamus, vt sequens tabula, & triplices eius
 partium declarationes, palàm faciunt.



Explicatio Ichnographiæ Cisternæ inferioris.

AA. Ductus Aquæ Marcia, Iuliam quoque, & Tepulam deferens

B. Puteus, Aquam ex Ductu recipiens, & in Piscinam subterraneo canali, adhuc nobis incompto, transmittens

C D E F G. Cisterna, seu Piscina, in imâ sui parte tribus receptaculis distincta

H. Receptaculum medium, undique clausum, Aquam ex Puteo recipiens, & per foramen θ in superiorem Cisternam transmittens

I. Cella lateralis, ad substruendum ædificium superius extructa, cùm non fuerit pars Piscinæ, quia in summo ad

ad latus Meridionale D E fenestram habebat

K. Alia Cella, receptanda illi Aquæ portioni inferuiens, quæ in proximum Pagum per tubum rotundum fictilem diametros viij. unc. in L, ad libram fenestræ, seu immissarij in summo latere Meridionali deferebatur.

Explicatio Ichnographiæ Cisternæ superioris, cuius diuisiones, punctis, & Græcis characteribus notantur

αβ. γδ. εζ. Tres in superiori hac Cisternâ muri, qui in quatuor Cellas eius aream dispartiunt

ηηηηηη. Totidem fenestræ in muris iam dictis, eadem omnes à pavimento altitudine, per quas Aqua ex orificio & assurgens, per Cellas istas superiores distribuebatur

θ. Orificium rotundum, diametros ped. iij. & semis, amplitudini Putei latitudinis ped. iij. quadratorum respondens.

Explicatio Orthographiæ utriusque concamerationis, superioris, & inferioris

a b c. Cella tres, plano pede, reticulato opere, cui lateritium ad firmitudinem intermixtum

d. Fenestra in summo arcu Puteum respiciens

e. Alia, è regione cuius, in pariete C G per tubum in L Aquæ portio ad usum proximi Pagi deriuabatur

f. Fenestra versùs Aquæductum, per quam Aqua iam depurata Riuum suum repetebat. Attollitur à solo ped. vi

g. Alia consimilis, sex uncijis humilior; & ad eandem à sex fenestræ ηηηηηη horizontalem altitudinem

h. Orificium, bipedalibus circum lateribus munitum, per quod Aqua è Receptaculo a ad Cisternam superiorem ascendebat. In altero ex dictis lateribus visitur sequentis Figlinæ signi fragmentum. RAED. DOM. LV. . in orbe exteriori; PAETIN... in orbe interiori; quod explico EX. PRAEDIIS. DOMITIAE. LVCILLAE (Matris Marci Imp.) PAETINO. ET. APRONIANO. COS: plures enim sub hoc sigillo in proximis ruderibus obseruauit. Vnde refectiorem Ha-


Q

driani

driani, in cuius vi. Imperij annum, dictum par Consulatum incidit, & forsan ipse hic prope Urbem Villam conijcio. Sed de his alibi

i k. Linea eleuationis Aquæ in hisce superioribus Cellis adhucque conspicua, ex crustâ tenuissimâ, quâ ad illam altitudinem obducuntur.

* Similis Putei, & iuxta eum Cisternæ triquetra figurâ ad num. 28. collocatio, haud diuersam Piscinæ structuram arguit, coniecturis sese mutuo iuuantibus. Geminatum enim hoc opus, intrâ eam ab Vrbe VII. miliariorum distantiam, quam Frontinus num. 28. Piscinis omnium Aquarum statuit, maximam nostræ assertioni probabilitatem conciliat.



A. A. Ductus Aquæ Marciae, super quo Tepula, & Iulia deferebantur

B. Puteus, eundem ac alius in superiori tabulâ expressus usum in depuratione Aquæ præstans

C D E F. Cisterna, in quam Puteus Aquam immittebat

G. Orificium, per quod Aqua ad pavementum superius Cisternæ

Sterna, seu Piscina ascendebat, suaeque libra restituebatur

Prominentia, & indicia murorum in C D E F. qui alias Cisternas isti connectebant, ubi reliqua Putei Aqua admitti potuit.

Cur verò certitudinem ostendere non curauerim, & coniecturis vtar, in re quæ factò potius, quàm verbis demonstrari debuisse dicent: excusationi erit explorata non semel Puteorum cum suis Cisternis communicatio, vt testis, idemque author fuit, operibus adductis, nobilissimus Marchio * Camillus de Astallis Fundi huius possessor: irritò semper labore, quia loca hæc Ductui Marciae proxima, rudèribus ipsius plurimùm excreuerunt; & Cisterna illa maior numeri 27, aggestâ intus terrâ, fimoque ad nitri confectionem oppleta reperitur; & id saltem nostrâ diligentia profecimus, vt detectis muri D E in imâ concameratione lateribus, nullum ibi Specum per quem Putei aqua influeret, sed indicium inferioris adhuc, & subterranei cellarum ordinis, adepti fuerimus. Nec desunt vestigia Cloacæ, ad aquam limosam in subterraneâ hâc Cisternâ subsidentem emittendam, in triplici terræ hiatu inter numeros 27. & 28. primò versùs aliam Piscinam ad eius quoque purgamenta excipienda, & mox versùs Mausoleum Alexandri, & inferiora illa loca, continuatum quendam sub terram Specum indicante.


Maiores è duabus Cisternam, Marciae inseruissè credideram, quia Puteum ampliorem Aquæ copiosiori deberi videbatur; eòque magis, quia Puteum al-

terius, orificium extantis Cisternæ duplò ferè ex-
 cere vidi, itaut contiguæ alicui ad alterum, seu etiam
 ad vtrumque latus (cùm hinc indè murorum reliquiæ
 cernantur) inseruierit: ex quibus, concursus Iuliæ &
 Tepulæ, ex communi Puteo ante Piscinam, (de quo
 Frontin.num. 11. & 12.) & exinde, ex duplici hîc quo-
 que Specu, proprius vniuscuiusque canalis, nomenque
 (de quo num. 27. & 53.) deduci poterat. * Turbant
 227 tamen (fateor) tam loci aspectus, & exactiùs, hâc oc-
 casione, examinata per nos vtriusque Cisternæ libra;
 (siquidem, maior illa ad num. 27. quattuor circiter pe-
 dibus aliâ altior esse dignoscitur) quàm ipsius Fronti-
 ni traditiones, per quas Marcia Piscinam, aliâ Iuliæ
 & Tepulæ Vrbi proximior fuisse infertur: ait enim
 Frontinus num. 53. de Tepulâ loquens, *Ex eâ* [hoc
 est, ex communi Piscinâ Iuliæ] *primum accipit Qui-*
narias CXC; deinde statim ex Marcia Quinarias
XCII: & antecedenter quoque, hoc est num. 52, has
 easdemmet Quinarias XCII. in summâ quæ erogaba-
 tur ante Piscinam Marcia comprehendit. Quæ si
 ita intelligenda sunt, nec in Frontino mendum inest;
 possitque aliquâ ratione ex Aquâ Marcia inferiori,
 Tepulæ, quæ superior erat supplementum adiungi;
 iam noster Piscinarum ordo inuerteretur; me tamen
 non multum pro nunc de hâc quæstione laborante,
 cui formam saltem, & vsum Piscinarum, si non cer-
 tam singularum denominationem, & quæ cuiusque
 Aquæ diceretur, ostendisse satis fuerit.

Addam tandem in prædictorum confirmationem,
 structuræ nostrarum Piscinarum formam cum alijs id
 genus

genus veteribus ædificijs, quæ ad Aquas depurandas instituta scimus, congruere: simile enim quid in Piscina Aquæ apud Pisas conspici, plurimi oculati testes
 retulerunt; & hîc Romæ, sub Pincio Colle, Aquam Virginem parùm diuersè limum, fordesq̃ue olim deposuisse ex Peritis accepimus, & vt licuit, citra mensurarum fidem, crassâque Mineruâ delineauimus;

* 228



*A. A Ductus Aquæ Virginis, se exonerans in receptaculum B
 C. Ostium, per quod Aqua descendit in cellam subterraneam D
 E. Porta, ex quâ Aqua desertur in aliud Receptaculum subterraneum F*

*G. Ostium, per quod Aqua iterum assurgit ad Receptaculum H,
 & Ductui I I se restituit*


K. Porta cataracta, ex quâ limum, & purgamenta in Cloacam mittebantur.

quia locus iamdiu inaccessus, vtpote cœno repletus, suo-

fuoque muneri inutilis remanet, Aquarijs, & Castellarijs nostris, non quidem Nymphis, sed Mercurio perbellè litantibus.

229

* Vt Piscinam Claudiae conquirerem, quò inceptam



de Piscinis huiusmodi explicationem promouerem, & quantum fieri posset exornarem, author, ductorque Frontinus extitit, qui eam num. 57. ad septimum ab Vrbe miliarium fuisse dicit. Ad hanc absolute distantiam, rudera, quarum ichnographiam damus ad Cisternæ modum, sed longè priuatæ Cisternæ modum excedentia, durissimo silice compacta, & reticulato opere contexta inueni, ad læuam recentis, quæ Marinum ducit Viæ, miliario & semis ultra Hospitium *Mega Viæ di Marino* dictum. Operis, quod subterraneum esse debuit, cum paullò ultra V. ab Vrbe lapidem Arcus Claudiae finiantur, parùm quamuis, tantum certè remanet, quod coniecturæ non improbabili locum faciat: plurimi namque lapidis quadrati circa hoc ædificium fragmenta, & ingens crustæ quæ olim Riui accreuerat copia, nedum passim sparsa iacet, sed

recen-

recentiorum ibi propè parietinarum cæmentis immixta cernitur . * Coniunctas verò Claudiae , & Anionis Noui Piscinas fuisse arguit , tam ædificij duplici-
 230
 tas , quàm alius Frontini locus num. 26, vbi omnes, quæ suas Piscinas habebant , sex Aquas , intrà hunc eundem vij. milliarium ambitum concludit . Quibus hæc nostra informia , & debilia videbuntur , si aliquid meliùs adduxerint , credere parati sumus : interim nostros saltem conatus æqui bonique faciant , & in tantâ rerum obscuritate , & vetustate , nostro labori Horatianum illud aspergant ,

Est aliquid prodire tenus, si non datur ultra .

Alium , præter notissimum depurationis Aquarum vsum , Piscinas habuisse , Front. docet ; * in modo , scilicet , quàm certissimo vniuscuiusque Aquæ apud eas
 231
 ineundo *vbi indubitata mensura sunt* , vt ipse ait num. 57. Ratio autem huius certitudinis , ea esse poterat , quia , *respirante ibi Riuorum cursu* , & Aquâ , omni iam impetu destitutâ , Ductum suum repetente ; fallacijs , quæ ex velociore , vel segniore progressu oriebantur (Frontino optimè notis , vt ex varijs eiusdem locis patet) minimè obnoxia erat . Vnde explodendam esse indicimus * P. Castellij de hoc egregio Authore censuram in *lib. Della Misura dell' Acq. corr.*
 232
coroll. 15. append. 1. pag. 59. quasi Frontinus magnum illud suum Theorema , *ex velocitate Aquæ , modum ipsius variare* , ignorauerit ; nec ad veriorem hanc causam , varietatem quantitatis Aquarum , in conceptelâ , & in erogatione retulerit . Quicumque enim non lippis (vt Castellius) oculis Frontinum perle-

legerit, idem Theorema non iam nouum, sed ex veteri recusum agnoscet. *Meminerimus*, ait ille num. 41, *omnem Aquam*, quoties ex erogatorio venit, & intra breue spatium in Castellum cadit, non tantum respondere modulo suo, sed etiam exsuperare: Quoties verò ex humiliore, idest ex minore pressurâ longius ducatur, segnitiam Ductus modum quoque perdere; ideo secundum hanc rationem, aut onerandam esse erogationem, aut releuandam. Rursus numero. 55. *Virgini in Commentarijs adscriptus est modus Quinariarum DCCLII. minus. Mensura ad Caput inueniri non potuit, quoniam ex pluribus acquisitionibus constat, & leniore Riua intrat. Prope Urbem ad milliarium VII, in agrum qui nunc est Ceronj Commodi, ubi velociorem cursum habet, mensuram egi, quæ efficit Quinariarum II. M. DIV, amplius quàm in Commentarijs, Quinarijs MDCCLII. Omnibus approbatio nostra expeditissima est; erogant enim omnes quas mensurâ deprehendimus ad II. M. DIV. Et demum per hæc verba num. 59. Præterea intercipi non tantum DXXVIII. [Quinarias Anionis Noui] quæ inter mensuras nostras, & erogationem intersunt, sed & longè ampliorem modum deprehendi; ex quo apparet etiam, exuberare comprehensam à nobis mensuram. Cuius rei ratio est, quòd vis Aquæ rapacior, ut ex largo, & celeri Flumine excepta, VELOCITATE IPSA AMPLIAT MODVM. Constat itaque ex præallatis, non ignarum fuisse Frontinum eius alterationis, quam modus ex velocitate patitur. Et si dixerint, apud eundem*

ex velocitate modum augeri, non autem imminui, prout Castellius docuit: communis tamen est ratio, per quam id quod in acceptione augetur, vicissim, & per conuersam propositionem in erogatione minuitur.

* Sed neque etiam damnosa esse potuit Frontino tanti axiomatis ignoratio, nec ipsi ob acquisitam velocitatem, & imminutum ex eâ modum, quicquam deperire poterat in nouâ apud Urbem mensurâ Aquarum, vt ex eodem, P. Castellius deducere se putat. Quia nedum mensura in Piscinis inita, sed ea quæ Romæ quoque in erogatione fumebatur, ad mensuram à *Capite Aquarum* necessariò redibat: Aqua etenim intrâ extraque Urbem, non ex Riuis publicis, sed ex Castellis, ac receptaculis, postquam pristinam quietem recuperasset, per Senatus Consultum à Frontino num. 95. recensitum, duci iuebatur, vt etiam suprâ num. 35. fieri dixerat.

Imò enimvero, postquam tantum vnicâ illâ geometricâ propositione, quæ vtramque libri paginam facit, Castellius sibi postulat, vt optimos Scriptores iurgio laceffit: * sciant, principia ipsa, vnde non nouam, vt vidimus, speculationem sibi enatam dicit pag. 5, apud Front. in eandem sententiam legi. *Esca l' Acqua per due cannelle eguali d' ampiezza, vna posta nella parte inferiore del vaso, e l'altra nella parte superiore; è manifesto, che nel tempo nel quale dalla parte superiore uscirà vna determinata misura d' Acqua, dalla parte inferiore usciranno quattro, cinque, e assai più delle medesime misure, secondo che sarà maggiore la differenza dell' altezza delle cannelle, e la lontananza*


za della superiore cannella dalla superficie, e liuello dell'acqua del vaso &c. Quæ Asiaticè dicta, ita Frontinus Laconismo perstringit num. 102. Circa collocandos quoque calices, obseruari oportet, ut ad lineam ordinentur, nec alterius inferior calix, alterius superior ponatur. Inferior plus trahit, superior minus ducit, quia cursus aquæ ab inferiori rapitur.

235 * Exactior tandem Frontinus, & diligentior in hoc fuit, qui in fistulis æqualibus, & in eadem superficie dispositis, ne intrà quinquaginta pedes à receptaculo ex quo aquam ducerent, laxiorem fistulam subijcerent S. C. cautum refert num. 95, ne scilicet aqua non per legitimum spatium coërcita, sed per leues (breues, corrigendum puto) angustias expressa, facile laxiorem in proximo fistulam impleret, ut num. 101. Quo monito, tanquam de re utilissimâ, & in praxi sæpè contingente, Castellius erudiendus erat: aliquid namque ad hanc quæstionem faciens append. 7. pag. 33. adduxit, sed eam in hac parte non absoluit, dum magis Frontinum de re, quam non ignorasse probauimus, incassum arguere, quàm ignotam sibi propositionem ab altero accipere cogitauit.

236 * Post adeò multa; summus nobis labor erit, inter oppositas nobilissimorum Scriptorum de authore nominis, & perductionis huius Aquæ Marciae sententias, dijudicare. Hinc enim Frontinus, cui primas in hac tractatione Aquarum deferre soliti sumus, * Marcum Titium eam duxisse, & à suo prænomine denominasse persuadet num. 9. In contraria verò distrahit authoritas Plin. hist. lib. xxxvj. cap. iij. primus eam in

Vr.

Urbem ducere auspicatus est Ancus Marcius, unus ex Regibus; postea Q. Marcius Rex in Præturâ. Accedit non leue testimonium Plutarchi in Coriolano, sub ipso libri initio, Μάρκιος δ' ἦσαν, καὶ Πόπλιος, καὶ Κέλσιος, οἱ πλείστον ὕδωρ καὶ κάλλιστον, ἐκ Ρώμης καὶ ἑξαγάγοντες, hoc est, P. quoque, & Q. Marcij fuerunt, qui maximum, atque pulcherrimum Aquæductum Romæ fecerunt. In hâc dubitatione, quam pro Frontino exemplum Aquæ Appiæ, à prænomine Appij Claudij nuncupatæ, tollere videtur; potior nihilominus mihi est Plinij, ac Plutarchi fides, hoc nummo gentis Marcix præsertim asserta. Quis enim in publicè cuso numismate



imposturam, & ἀνισορίαν suspicetur? Imò huius nummi apud Plinium auctoritatem ita inualuisse puto, ut Ancum, quem in regale gentilitatis cum eo communis decus in alterâ parte Philippus reddidit, hinc forsitan (nec aliunde profectò, quia meritò hoc vix persuasibile reputat P. Donatus lib. iij. cap. xvij. pag. 296) hinc, inquam, Aquæductus auersâ parte signati Ancum authorem Plinius coniecerit.

** Vtrumvis ex ipsis tandem Aquæ huic nomen reliquisse placuerit, patet eam non Martiam, ut vulgò*

Scriptores omnes, & inemendatissimus cæteroqui Frontini codex perpetuò retinent, sed *Marciam* esse dicendam, quemadmodum geminæ inscriptiones Titi, & Caracallæ ad num. 30. nostræ I. Dissert. allatæ, & hæc alia apud Grut. pag. dcj. 8. exemplo sunt.

D . M

TIMBRAEO . AVG . L

CASTELLARIO

AQVAE . MARCIAE

CLAVDIA . DYNAME

MARITO . OPTVMO

Alia plurima, de incertâ origine Anionis Veteris, & de Specubus harum, & Anionis Noui Aquarum, de Fontibus Antoniniano, Herculaneo, atque Albulino, de quæ mensuris Ductuum, in Frontino, aperto numeralium notarum errore expressis, eorumque directurâ, dicenda remanerent. At verò, ne certiora (qualia superius dicta credimus) cum dubijs misceamus, rem aliò reijciam, & in præsens, quam mihi proposui scribendi materiem, non excedam, sed manum de tabulâ tollam, & epistolæ, quæ in libellum propemodum excreuit, fausta Tibi omnia Eminentissime Princeps à Deo Optimo Maximo præcatus, finem imponam;

hoc enim tantummodo meæ tenuitati suppetit, quod maximo benefactori, & tutelari veluti numini, deuotissimo animi cultu re-

pendam. Dabam ex Tuâ Biblio-

thecâ, pridie Idus Augusti,

AN. RED. ORBIS

MDCLXXIX.

DE

DE . AQVIS
ET
AQVAEDVCTIBVS
VETERIS . ROMAE
DISSERTATIO . III

NOBILISSIMO . VIRO . ET . AMICORVM
ANTIQVISSIMO . IVLIO . EX . COMI-
TIBVS . MONTIS . VETERIS
RAPHAEL . FABRETTVS
GASPARIS . F . VRBINAS
FELICITATEM



QVOD Tibi , Iuli præstantissime,
tertiam hanc de Aquis Disser-
tationem dedicare statuerim;
nemo certè plus Te mirabitur.
Quicumque enim antiquam,
Perque tot annorum seriem
quot habemus uterque,
promotam nostram necessitu-
dinem nouit; & quisnam qui alterum nostrorum nô-
rit id ignorat? noster enim

Penè magis quàm Tu, quàmque ego notus amor:

iure

iure me fecisse existimabit, si concordiam istam,

. . . *uiridi quæ cœpta iu-ventâ,*

Venit ad albentes illabefacta comas,

quamque fatalis veluti animorum concursus, (nam

Vtrumque nostrum incredibili modo

Consentit astrum) ac

. . . *studij communia fœdera sacri*

iunxerunt, scribendi officio colere studeam: & quod ex eâ decoris mihi partum est, id præsentibus, & posteris testatum relinquam.

Te verò ex incongruo hoc (vt dices) scribendi argumento, præ cæteris admiratione non leui affectum mihi videre videor, atque in hæc, vel parùm distantia verba prorumpere: cur (malum) homo iste de Aquis ad me deblaterat; ad me, qui ne illarum quidem aspectum sustineo, & potius vini laudes cum Homero, Poëtarum nostrorum Principe, & Magistro, pronis auribus audio? vt quid (inquam) mihi irrequietas istas suas suburbanas circuitiones, veluti furdofabulam narrat; mihi, qui Vrbi, & otio adeò addictus sum, vt ne Tusculanas quidem rusticationes, amœnissimas quamuis, vnquam appetiuerim: & quicquid extra Urbem Agri iacet, *extra anni, Solis-que vias* esse videatur?

Attamen ego, veniam præfatus, hâc vice, & forsan primùm, à Te dissentire cogor; cùm non vna suppetat ratio, cur Tibi potissimùm, præ amicis omnibus, hæc tractatio nuncupanda veniat. Quanquam enim, & Homeri studiosissimum, nec eo minùs vinosum, Poëticâ, vt puto, iactantiâ Te nobis ostendas: quia
tamen

tamen Tibi Lyricam Poësim sequi, Pindarumque potius, quam Homerum imitari visum fuit; non malè admodum Pindarico Vati vetus Aquarum Romam intrantium copia describetur, cum ipse Pindarus in limine suorum Carminum *optimam esse Aquam* prædicauerit. Præterea, cum nos xiv. Aquarum Ductus, tempore Procopij extantes, requiramus, * ex quibus, decem omnino deperierunt; ex reliquis autem quattuor; Crabra, siue Damnata, omnium sordissima, ipsoque aspectu fœda, non solum hortorum rigationi, vt olim, sed pellibus à Lanuario detergendis inseruit: * Virgo, ad nihilum ferè redacta, & nomine suo indigna, tanquam in Riium Herculanæum (quem olim refugiens, Virginis nomen obtinuisse dicitur) maximâ sui parte effusa, & quassatis Ductibus perflua: * Traiana, immisâ nuper ex Sabatino Lacu Aquâ (ne grauius dicam) deterior reddita, & Molis in Clivo Ianiculi, vt olim, trudendis (teste eodem Procopio lib. j. cap. xix. Belli Gotth.) meritò destinata: * Alexandrina denique, vt à priscis Romanis diu spreta, ita hodie vt plurimum spernenda, cum imbribus turbetur, & limosa sæpè sæpius adueniat. Tot ergo Aquarum damna, quis alius constantius legendo ferat, quàm Tu, qui, siue Pyrrhoniâ prorsus indifferentiâ, & ἀπαθείᾳ, grauissima quæque transmittere, siue perpetuâ aquæ abstinentiâ, re optimâ carere assuetus es? Iam verò, sedentaria Tua prorsus studia, imò vnicum sedendi studium, summaque huius Suburbani Agri, nec propè, nec procul vnquam per Te inspecti ignoratio, me compellunt, vt quædam

* 239

* 240

* 241

* 242

admodum Te in externâ Geographiâ optimè versatum scio, ita in hâc domesticâ Romanarum rerum cognitione, meis assiduis excursionibus otium Tuum iuare, atque instruere procurem: id enim præcipuè

Illud amicitiae sanctum, & venerabile nomen,
quinimo ipsius humanæ societatis vinculum expostulat, vt alter alteri profit, & quæ sibi quæsiuit, in vsum aliorum conferat;

Sed tamen amoto quæramus seria ludo.

Nostri moris est, Chartam Topographicam cum elaboratâ quantum fieri potuit, Viarum directione, & celebriorum veterum monumentorum collocatione præparare, ad faciliorem dicendorum captum; si vsquam alibi vtilem, hîc certè, vt videbis, maximè necessariam. In eâ, aliqua mihi concedi nunc postulo, quæ alibi plenius probaturus sum: hoc est, primò, * itinerum mensuras non à Milliario Aureo in capite Fori, vt multi putarunt; sed à veteri Portarum situ ante productionem mœniorum ab Aureliano factam incœpisse. * Item, ambitum veterum murorum valde angustum fuisse, nempe per crepidines Collium, Tiberis fluenta ab occasu, & Aggerem Seruij, siue Tarquinij Superbi ab ortu processisse: vnde, & cognitæ aliquot locorum distantiae, & Viarum directiones, ac præcipuè, Latinæ ab Appiâ extra Urbem cum Strabone deriuatio, de quâ in I. Diss. longus fuit sermo, optimè à varijs Recentiorum absurditatibus vindicantur.

*Explicatio Chartæ Topographice, Urbem, &
Pagos circumpositos continentis.*

1. Sub-

1. *Substructio Aquæ Virginis, inter Vias Salariam, & Nomentanam, sub D. Agnetis Templo*
2. *Alia ad ripam Anienis, ad dextram Nomentanæ*
3. *Alia, sub ipso silice Viæ Collatinæ*
4. *Alia ad Viam Collatinam, in Fundo di Boccaleone*
5. *Rudera Pagi, seu Vici ad Viam Prænestinam*
6. *Alia, ad Viam Labicanam*
7. *Alia ad Viam Latinam, Pagi forsan Lemonij*
8. *Alia vltioris Pagi ad eandem Viam, in Fundo di Settebassi*
9. *Alia ad Viam Appiam, Vici forsan Camænarum*
10. *Alia vltioris Pagi ad eandem Viam, in Fundo di Statuario*
11. *Alia, Pagi, seu Vici ad Viam Ardeatinam*
12. *Vicus Alexandri Viâ Ostiensis*
13. *Nauale, & Emporium ad Tiberim, sub Auentino*
14. *Aedicula SS. Cyri, & Ioannis Viâ Portuensis*
15. *Vestigia Ductus Anionis Veteris, siue Specus Octauiani*
16. *Concursus Viæ Asinariæ cum Latinâ, inter ij. & iij. Lap.*
17. *Vestigia Templi (ut credimus) Fortunæ muliebris, Viâ Latinâ ad IV. Lap.*
18. *Piscinæ Aquarum Marcie, Iulie, & Tepulæ*
19. *Ductus, ab Arcubus Claudie ad usum Pagi Camænarum deriuatus, sub Fonte Aquæ Salutaris transiens*
20. *Alius, ab eisdem Arcubus ad usum vltioris Pagi Viâ Latinâ in loco di Settebassi deriuatus*
21. *Templum in Viâ Appiâ, hodie Torrone de' Borgiani*
22. *Aedificium ad eandem Viam in Theatri speciem, ubi Arcus Ductus quem Septimianum credimus, finiuntur*
23. *Vstrinum amplissimum ibidem*
24. *Vestigia Piscinarum Anionis Noui, & Claudie*
25. *Opus subterraneum, & Emissarium Aquæ Crabræ*
26. *Binæ ad Viam Labicanam Cisterne*
27. *Vestigia particularis Ductus, ad usum ingentis proximi edificij, li Centroni nuncupati*
28. *Alia, Ductus ad usum Villæ ad VII. Lap. Viæ Labicanæ.*

Et ut ibi paucis de Capenâ suo loco restituendâ egimus, paulloque infrâ de Ostiensi, seu aliâ, quæ diuerso forsan nomine ad eandem Viam fuit, idem conabimur; ita hic eâdem breuitate, de situ *
 245 rum Collinæ, Viminalis, & Esquilinæ, quæ orientale illud Romæ latus claudebant, ad Chartæ declarationem, non minùs quàm ad veterum Scriptorum intellectum breuiter pertractabimus.

Omnes istas tres ad Aggerem positas fuisse, Strabo lib. v. testis est, *Compleuit* (ait ille de Seruio) *murum, adiectis Vrbis Esquilino, & Viminali Collibus; quæ omnia cum facile capi extrinsecus possent, fossam altam egerunt, terrâque intrò receptâ, Aggerem sex circiter stadiorum in interiore fossæ margine fecerunt, murosque, & turres in eâ constituerunt, à Collinâ Portâ usque ad Esquilinam: tertia Porta Viminalis sub medio est Aggere. De Collinâ, & Esquilinâ Aggerem comprehendentibus, simile quid habetur apud Dionys. lib. ix. num. 85; qui Viminalem quidem omittit, sed à loco per Strabonem designato non propterea excludit, Quâ verò maximè hostium incursionibus Vrbis est obnoxia, ab Esquilinâ Portâ Collinam usque, opere manufacto munita est, nam fossâ præcingitur, cuius latitudo, quâ minima, centum, & amplius pedum est; altitudo xxx; & supra fossam exurgit murus, alto, & lato suffultus Aggere, nec arietibus concuti, nec cuniculis suffodi facilis. Per eam munitionem, vij. ferme stadijs longam, latam L. pedibus, dispositi tunc cateruatim erant ciues &c.*


Summa igitur VII. stadiorum iuxta Dionys. longitu-

gitu-
 lis d
 ctun
 rufia
 ante
 fam
 cet,
 in re
 ma,
 inter
 pter
 geres
 Agge
 Coll
 duos
 E
 mon
 hic c
 solut
 culis
 posu
 ratio
 cius
 quæ
 affig
 ceter
 quisq
 ratio
 rarun
 uerter

gitudo, si à Collinâ Portâ, parùm à crepidine Quirinâ
 distant, explicari incipiat, procedendo per iam di-
 ctum Aggerem, cuius certa durant in Vineâ PP. Char-
 tufianorum, & successiue in hortis Perettis vestigia;
 ante * Ecclesiam S. Eusebij, plus minùs, finietur, ad ip-
 samque Portam Esquilinam quodammodo manu-
 cet, de quâ adeò inter se Antiquarij digladiantur, &
 in re apertâ, tam fœdè caligarunt. Inter hæc extre-
 ma, diuiso rursus Aggere, patebit Viminalis Porta
 inter vtramque, Collinam, & Esquilinam, quæ pro-
 pterea optimo iure ea erit, quæ aliquando * *Inter ag-
 geres* appellata fuit; tanquam ea, quæ *sub medio erat* 246
Aggere, vt Strabo ait, hoc est vbi Aggerem à Portâ
 Collinâ eousque rectum procedentem, flecti, & in
 duos diuidi, etiam hodie cernimus. 247

Et quia veterum, receptissimorumque Authorum
 monumentis, & loci ipsius naturæ insitimus, neque
 hîc omnia recentiorum placita confutare vacat, sed
 solum in transitu, iter nostrum, sentibus, & offendi-
 culis, qualia prædicti passim sparserunt, liberare pro-
 posuimus; satis proinde nobis erit, oculis, & confide-
 rationi subijcere, hâc, non exquisitâ arte, sed simpli-
 ciùs confectâ delineatione, quàm benè Viæ omnes,
 quæ ex hâc parte initium sumunt, loco quem Portis
 assignauimus, & communi, quam alibi expendimus,
 cæterarum Viarum directuræ respondeant: sic enim
 quisque proprio ratiocinio, ex solâ locorum confide-
 ratione assequetur, quod plurimi ex recentioribus igno-
 rarunt, qui Vias, & vnde illæ exhibant Portas non ad-
 uertentes, varia vnus aduersus alium statuerunt.





Positâ igitur hâc nostrâ locorum ordinatione ; à Portâ Esquilinâ optimè , & inflexo tramite vtraque Via, Prænestina scilicet, & Labicana , * quæ ab eâ secundum Strabonem lib.v. prodibant , continuatæ apparent . Quamuis enim modò Prænestina , vsque ad Arcum Portæ Maioris cum Labicanâ confundatur ; attamen videre est veterem Prænestinæ ductum, per Portam , * quæ in gratiam huius Viæ relicta fuit ab Aureliano in productione mœnium , modò clausam , & exinde eiusdem Viæ vestigia ; quæ à Portâ Maiori nulla apparent , nisi postquam ad læuam deuiando, veterem Prænestinam assequamur ; cuius etiam Viæ, ad dictam Portam clausam ferentis, fulcum intrâ recentia Urbis mœnia Nardin. describit lib.j. cap. ix. pag.39. manetque initij vestigium, secundum latus septentrionale Emissarij Claudiae, aliàs I. nostrâ Differt. post num.40. descripti ; ideoque denormati , & à recto angulo vtrinque recedentis , vt hinc ad dexteram, Labicanæ Viæ , indè vero ad læuam , Prænestinæ rectissimum indicet ductum : in quo ab Emissario ad dictam Portam clausam itinere, obuiam fit * Templum illud decagonum in Vineâ Cultellâ , quod non temerè aliqui Mineræ Medicæ Pantheum , ita à rotunditate appellatum , & in hâc V. regione Esquilinâ, per Sex. Rufum repositum, fuisse autumant . * Simile quid prorsus à Portâ Viminali , siue Inter aggeres in duabus Vijs Collatinâ , & Tiburtinâ contingit , quæ & ab eâ rectæ exeunt , parique compendio , Portâ ad Viam Tiburtinam occlusâ , (hanc enim eam esse dico, quæ ad latus meridionale Castri Prætorij, cum certissimis



fimis Viæ veteris vestigijs apparet) per Arcum ad
 Viam Collatinam, detorto ad læuam itinere, Tibur-
 tinam Viam sub Aede D. Laurentij petere coëgerunt.
 Sic denique* Porta Collina suas Vias, Nomentanam,
 252 & Salariam ad veterum Authorum mentem, aliarum-
 que Viarum normam rectas emittet, quamquam Fa-
 bric. cap. v. De Vijs extra Urb. pag. 51. scribat, *Viam*
Salariam à Portâ unde oriretur nomen sortitam. Nam
 apud veteres, Viam quidem Salariam, sed non Por-
 tam; Collinam autem Portam, sed non Viam leges:
 ex quo Festus, Agonensis, seu Aegonensis, quæ illi
 Collina Porta est, Salarixque Viæ meminit.

Quoniam autem Viæ olim ante Aquas perductas
 stratae erant; ideo ij qui Aquas vel duxerunt, vel re-
 stituerunt, vbi ad Vias peruenerant, ad earum orna-
 tum, neuè illæ angustarentur, præcipuo, insignique
 opere* Arcus ampliabant, vt Claudium ad Labica-
 253 nam in Fornice recentis Portæ Maioris, & Augustum
 ad Collatinam (sub obliquis angulis, vt Viæ se con-
 formaret, erecto Arcu, vt alibi dictum est) fecisse vi-
 dimus: quos proinde Arcus pro Portis veteris Urbis
 malè recentiores acceperunt; de earum nominibus
 statuendis, inter se, vt in re minimè veritati innixâ,
 discrepantes, frustra que solliciti.

Neceffe tamen est lapsum Nardini nobis obstantis
 corrigere, qui* alium Aggerem prædicto proximum
 254 attexuit, quasi iste Seruij fuerit, & alium Tarquinio
 tribuere opus sit, ex Authoribus malè intellectis, quos
 pro hâc nouâ, paceque tanti viri dicam, absurdâ opi-
 nione adducit. Ego enim ne Mercurio quidem di-
 centi

centi crederem, plus quàm vnum Aggerem ad Orientem, siue aduersus Gabios (quæ duo idem sunt, quamuis Nardinus distinguere conetur) vnquam stetisse. Nam si de Liuiio, & Strabone, quos Nardinus lib. iv. cap. ij. fol. 157. testes facit, quæstio habeatur; nîl vltra dicent, nisi Seruium compleuisse murum ex hâc parte, & ad Quirinalem, quod Ancus Martius omiserat, vt ait Strabo: vel vniuersè, Aggere, fossis, & muro Urbem circuindedis, vt Liuius: negabitque insuper Strabo, suo tempore * Esquilinam Portam præcipuam, ex quâ duæ celebres Viæ exhibant, *uti superfluam clausam fuisse*, vt falsò Nard. ex eo deducit lib. j. cap. ix. pag. 39, & rursus pag. 40. tanquam rei certissimæ insistit. Dionys. autem, præterquamquod de Seruio tanquam Aggeris vllius authore nîl loquitur, conqueretur, quòd se Græcâ proprietate loquentem barbarè vorterint: ὁ Ταρκύνιος ὁ ἀρχὴς ἦν, καὶ τῆς πόλεως τὰ πρὸς τὰς Γαβίους φέροντα τὰ περιβόλαια, διὰ πολυχαιρίας, ὅξωχόρου, τὰ φέρον ὀρυζάνην, ἐντυτέραν, καὶ τῆς αἰχμῆς ὑψηλότεραν, καὶ πύργοις θαλαβῶν τὸ χεῖρον πυκνότεραν, quæ verba ita latinè sonant, vertente Gelenio, & corrigente Sylburgio, *Tarquinius contractâ operarum multitudine, partem Urbis, quæ ad Gabios vergit, emuniuit fossâ dilatatâ, [eam intellige quam Seruius duxerat] murisque altius [ac olim Seruius constituerat] eductis, & crebrioribus per eam partem structis turribus*: non enim bonâ fide egit Nardin. qui verbis illis τὰ φέρον ὀρυζάνην ἐντυτέραν, & τῆς αἰχμῆς ὑψηλότεραν, quæ perfectionem alieni, & iam existentis operis denotant, genuinam significantiam abstulit, vt opus de

inte-

integro temerè, & finè authore confingeret: parum-
 que dixi, cùm finè authore dixi, quia potiùs, tam Dio-
 nyfius, quàm Strabo manifestò repugnant; dum ille,
 vt ex alijs antecedentibus verbis colligitur, integram
 circumquaque Vrbis Romæ, triplicifque generis mu-
 nitionem describit, prout L. Aebutio, & P. Seruilio
 Prisco Cofs., LXXX. scilicet post eiectos Reges anno,
 reperiebatur, * quà nempe *in tumultis, abruptis que*
 256 *sita rupibus ab ipsâ naturâ sic communita erat, vt*
exiguo egeret presidio; itemque, quâ à Tiberi non se-
cus ac à muro defendebatur; & demum ad rem no-
stram, quâ maximè Vrbis est obnoxia, hoc est ab
Oriente cum Plinio suo; hanc tamen partem, & pla-
gam, non nisi ab Esquilinâ ad Collinam Portam ibi
considerat. Strabo autem, postquam completum vn-
dique murum, & vnicum tantum ad partem minimè
tutam Aggerem recenset, Huiusmodi est Romæ muni-
tio, tandem concludit; vt omne aliud muniminis ad-
ditamentum excludat.

Communis hæc nihilominus in pluribus huius æui
 Scriptoribus * moenia veteris Romæ ampliandi libi-
 257 do, hæc, aliaque non absimilia fingere compulit. Et
 tamen, vt pluries dixi, & suprâ ex Dionysio accepi-
 sti, Tiberis, tumuli, Collium rupes, & Agger, Vr-
 bem claudebant; id quod de eo quo scribebat tem-
 pore intelligi voluit, vt ex his verbis patet. *Quod si*
quis moenibus, inuentu quidem difficilibus propter
undique coniunctas ades, vestigia tamen veteris
structuræ multis in locis seruantibus, metiri ambitum
 258 *eius voluerit, & conferre cum eo quo * Atheniensis*
Vrbis

Vrbs continetur, non multò capacior apparebit Romæ ambitus. Cui adhuc comparationi non acquiescentes Lipsius, & Cluverius, & quotquot eos sequuti sunt, ne Romæ, siue potius Urbis amplitudinem imminuere viderentur, & quæ de eius moenium contractione Dionys. alibi quoque dixerat, extenuando, ut ratio postulabat, acciperent: Athenas ipsas ultra modum amplificaverunt, & Longos muros, Munychiam, Astu, Piræum Portum, & murum Phalaricum, octoginta quamvis ante annos diuulsa ab Athenis membra, in comparationem assumpserunt. Vide in hoc * P. Donatum de Vrbe Româ lib. j. cap. xix. pag. 58. qui plenè non minùs, quàm ingeniosè Lipsium, & Cluver. confutat. Huius enim Authoris eò libentiùs meminimus, quòd non solùm nostra hæc studia plurimâ eruditione locupletavit; verùm etiam, quia pondus illis suo exemplo, decusque addidit, dum ea pijs-
simo, & grauissimo sene indigna non esse ostendit: id quod de * P. Athan. quoque Kircherio (licet aliquando inter nos non conueniat) ex animo dictum volo. 259

At quomodo in angustum redactis moenibus, prima, quam suo loco afferemus, * mensura Plinij de ambitu Urbis, ad XIII. & ampliùs milliaria adhuc ascendere possit, alibi pertractabimus. Et si alij LXX. eius passuum M. ad VII. contrahere ausi sunt, nos quoque forsan hæc XIII. ad VIII. (unicâ parum immutatâ notâ) reducere non verecundabimur: quia hodie nil ampliùs, quàm debitam veterum Portarum collocationem, & ex eisdem rectas Viarum deductiones, hoc præambulo, breuique examine reportare in-

tendimus : id quod vtcumque assequuti , iam ad propositam materiem calamum conuertimus .

*
262 *Aquarum Ductus non solum inter tria in Vrbe miranda Dionys. meritissimò reposuit , dum lib. iij. hist. Roman. inquit , mibi sanè magnificentissima videntur , ex quibus maximè apparet amplitudo Romani Imperij , Aqueductus , Viæ stratae , Cloacæ ; quæ eadem maximè miratur Strabo Geograph. lib. v. sed primum , & præcipuum Romanæ magnitudinis indicium , specimenque dederunt ; ita vt verè , grauiterque Plin. dixerit lib. xxxvj. cap. xv. Si quis diligentius æstimauerit Aquarum abundantiam in publico , Balneis , Piscinis , Domibus , Euripis , hortis suburbanis , Villis , spatioque aduenientes , extructos arcus , montes perfossos , conualles æquatas ; fatebitur , nihil magis mirandum fuisse in toto Orbe terrarum : cui concinit illud Front. de Aquæd. lib. ij. num. 106. Ad tutelam Ductuum , sicut promiseramus , diuertimus , rem enixiore curâ dignam , cùm magnitudinis Romani Imperij id præcipuum sit indicium : Quod enim illuc (vt de Româ Cassiodorus ait Epist. vj. lib. vij.) Flumina quasi constructis montibus perducuntur , naturales credas alueos soliditates saxorum , quando tantus impetus Fluminis , tot seculis firmiter potuit sustineri . Quæ omniâ , Poëticâ grandiloquentiâ ita superauit Rutilius in Itiner.*

Quid loquar ærio pendentes fornice Riuos ,

Quâ vix imbriferas tolleret Iris aquas ?

Hos potiùs dicas creuisse in sidera montes :

Tale Giganteum Græcia laudat opus .

De

* De numero eorum, post Augusti tempora usque ad Frontinum, minimè dubium est, quia ipse nouem recenset, eorumque originem, capacitatem, & Riui in longum mensuram, distinctè, atque ordinatè describit. * Nec enim contradicit Plinius, qui *septem amnes* cap. supra citato, *corriuatos in Cloacas ab Agrippa in Aedilitate* tradit, vt Nardin. lib. viij. cap. iv. malè sibi obiecit, vt peius adhuc respondeat, Iuliam, & Tepulam, quia iunctæ adueniebant, pro vnica reputari, & Alsietinam Tiberi dirimente excludi. Quia simplex, ac germana solutio huius imaginariæ inter Plinium, & Frontinum discrepantiæ, in solâ diuersitate temporum consistit: nam cùm Plin. factum Agrippæ recenseat, benè vij. tantùm Aquas ab eo in Cloacas immissas refert, quia Claudia, & Anio Nouus nondum extabant, sed longo post tempore cæteris additæ fuerunt. Et si friuola ista ratio, *perche veniuano prima di Frontino meschiate insieme*, aliquo loco habenda esset; cur Claudia cum Aniene Nouâ, quæ eodem pacto ex Frontin. num. 73. *extra Urbem propria quæque Riua erogabatur, & intra Urbem confunde- batur*, (quod idem paullò differentibus verbis repetit num. 78.) pro vnâ tantùm accipi non debuissent?

Posterioribus verò à Frontino sæculis, vt nouæ in veteres Specus Aquæ corriuatae fuerunt, ita & nouorum Ductuum Vrbi, eisque ædificijs, quæ Vrbi continentia sunt, accessio facta fuit. * Quot verò Ductus vltra veteres accreuerint, neminem adhuc scripsisse reperimus, frustra quæ apud Publ. Victorem, & Notitiam Imperij requirimus; quia nedum hi Au-

thores notabiliter inter se variant; sed eodem pacto de principalibus Ductibus, ac de Aquis, quarum plures aliqui admittebant, loquuti sunt; unde mira apud recentes Scriptores suborta fuit confusio. Ita enim Aquas numerat Victor in Epilogo.

AQVAE. XX.

I	Appia	XI	Cerulea
II	Marcia	XII	Iulia
III	Virgo	XIII	Argentiana
IV	Claudia	XIV	Ciminia
V	Herculanea	XV	Sabatina
VI	Tepula	XVI	Aurelia
VII	Damnata	XVII	Septimiana
VIII	Traiana	XVIII	Seueriana
IX	Annia	XIX	Antoniniana
X	Alfia, siue Alsientena,	XX	Alexandrina
	que Augusta		

Notitia autem Imperij diuersimode Aquas suas ita disponit.

AQVAE. XIX.

I	Traiana	X	Alsietina
II	Annia	XI	Setina
III	Alfia	XII	Ciminia
IV	Claudia	XIII	Aurelia
V	Marcia	XIV	Damnata
VI	Herculea	XV	Virgo
VII	Iulia	XVI	Tepula
VIII	Augustea	XVII	Seueriana
IX	Appia	XVIII	Antoniniana
		XIX	Alexandrina

Pro-

* Procopius tamen, Author cæteroquæ accuratissimus, & rerum Romanarum diligens inuestigator, in hoc labyrintho filum porrigere videtur lib. j. cap. xix. Hist. Gotthic. his verbis; *Ρώμης δὲ ὅχαιοι ἰδὲ μὲν τὸ πλεονέκτες εἰσιν ἐκ πλίνθων δὲ ὠπτημένων τοῖς πάλαι ἀνθρώποις πεπολιωταί, ἐς τοσούτον ἔνευς καὶ ἐλάττω δύναντες, ὥς ἐ ἀνθρώπων ἰσχυρὰ ὀχυρὰ ἐταῦθα ἰσχυρὰ δυνάμει* hoc est, *Romæ verò XIV. Aquæductus numero sunt, factique ab antiquis hominibus ex cocto latere, id latitudinis, & profunditatis habentes, ut homini equo insidenti hic equitandi facultatem præbeant*: cui ut propriè de Ductibus, non verò de Aquis, ut generatim alij Authores, loquenti, fidem accommodabimus; & huic veluti stabili fundamento innixi, ipsos Aquæductus indicare pro viribus nitimur.


Nouem Frontinianos iam cognitos, & alibi à nobis, nempe in I. Dissertatione de Aquâ Alexandrinâ examinatos, iterum hic referre, crambemque recoquere, superfluum esset: sed solum Aquas ipsas à P. Victore, & Notitiâ relatas, post suppletos XIII. Procopij Ductus, unicuique eorum applicabimus.

Ultra nouem, inquam, qui in Frontino describuntur Ductus, * Appiæ scilicet, Anionis qui postea, ad distinctionem, Vetus vocatus fuit, Marcia, Iulia, Tepulæ, Alfietinæ, Virginis, Claudia, & secundi Anionis, qui Noui appellationem meruit; alium, hoc est

* Decimum Aquæductum ex Front. petere possumus, eritque Aquæ CRABRAE, quæ præter caput Iulie transfluebat, ut ipse ait num. 13. hoc est, ad dextram Viæ Latinæ, uti & Iulia concipiebatur num. 12.

- * Licet enim ibidem subdat Front. * *hanc Aquam ab*
 269 *Agrippa emissam*, id est, à Ductu Iuliæ exclusam, quia
 eius usum improbauerat, siue quia *Tusculanis pos-*
sefforibus relinquendam credebat; constat nihilomi-
 nus, postea, non quidem in Iuliam amplius receptam,
 sed particulari Riuo, quem & hodie occupat, Rornam
 perductam fuisse. * Vestigia siquidem antiquitatis
 270 huius Ductus manent, tam in vetusto opere Catara-
 ctæ, siue Emissarij ad IX. lapidem Viæ Latinæ, sub ma-
 gnis quibusdam rudibus, *li Centroni* nuncupatis;
 (vbi receptâ in Subterraneo Specu eâ Aquæ quanti-
 tate, quam Riuus, quem diximus, manufactus Romam
 desert, reliqua per Agrum Romanum in Anienem
 Fluium transmittitur) quàm etiam in hâc eâdem Spe-
 cus aperturâ priscam magnificentiam redolente; vbi
 per * IIII. ferè stadia terram subit, vt superato me-
 271 dio iugo, facilè ad Urbem, decliui semper exinde itine-
 re, deuehi valeat. Augeri hodie Riuum Aquæ Crabræ
 ex Aquis Iuliâ, atque Tepulâ, quæ perruptis Ducti-
 bus in eandem Vallem Albanam influunt, ex se pa-
 tet: quod tamen, veluti arcano quodam Amici mo-
 nitu, diuulgauit Martinell. in suâ Româ cap. vij. fol. 31.
 * Vtque olim in Agro Tusculano *eam omnes Vil-*
 272 *la tractus eius* Front. teste num. 13. *per vicem in dies,*
modulosque certos dispensatam accipiebant, sed non
eâdem moderatione; ita forsan eâdem regulâ apud
 Urbem dispertiebatur, * deque eâ, ac simili dispen-
 273 sationis modo, per modulos, spatiaque temporis inæ-
 qualia diuidendo, intelligi potest hoc fragmentum la-
 pidis, quod in horto S. Mariæ in Auentino visitur.

Dam-



* Damnatam postea hanc Aquam vocatam fuisse, locus idem Frontini mox allatus indicio est, qui dum *emissam, improbatam, atque exclusam* memorat, nomen DAMNATAE effingendi occasionem dedisse videtur: praesertim, cum tam Victor, quam Notitia, ideo *Crabrae* nomen omittant, quia *Damnatam*, uti re ipsa non diuersam, retinuerint. Ex supra descripta origine, & decursu Aquae Crabrae, siue Damnae, palam fit, * aliam esse ab Almone, qui inter Ostiensem Portam, & Templum D. Pauli, Tiberi miscetur; ut omissis alijs profanorum Scriptorum autoritatibus, sequens D. Gregorij assertio euincit, in Regist. Epist. lib. xij. ep. ix. *Adiicientes etiam eidem cessione hortos duos, inter Tiberim, & Porticum ipsius Ecclesiae, eun-*
tibus.

* 274

* 275

tibus à Portâ Ciuitatis parte dexterâ, quos diuidit Fluius Almon: proximi namque Fontes, (vnde cursu breuissimus Almo Ouidio lib. xiv. Metam. dictus fuit) à remotis Crabræ longo terrarum diuortio diuiduntur. Itaut minimè admittenda sit * P. Kircherij
 276 *traditio lib. j. par. ij. cap. ij. pag. 62. ipsam Aquam Crabram in Vrbe, Almonis nomine indigitari: * nec alius*
 277 *Fabricij in suâ Româ consimilis error, Appiam cum Riio Crabræ cap. iv. pag. 49. inscitè confundentis.*

Sed quocumque tandem nomine vocetur iste, quem pro decimo reponimus, Aquæductus; * non
 278 *ideo à numero Aquæductuum Procopij excludendus venit, quia non ex cocto latere extructus sit, sed subterraneus ille Riuius, in ipsâ rupe excauatus ostendatur. Quia non ita rigidè accipi debent Procopij verba, vt omnes, totosque Ductus, lateritio opere vbique constituisse intelligamus: nam & * Specus Aquarum Al-*
 279 *fietinæ, & Virginis, vt plurimum in topho indigenâ adaperiti fuerunt; & omne opus supra terram tam Marcia, quàm Claudia, non nisi ex lapide quadrato extructum est. Sufficit enim ad fidem verborum Procopij, ea in pluribus, licet non in omnibus verificari.*

Simile est quod Procop. omnibus hisce Aquæductibus attribuit, * *id videlicet latitudinis, & profunditatis, vt homini equo insidenti hic equitandi facultatem præbeant: nam Specus aliarum, sex, septem uè pedum profunditatis, virum, & equum (modò is equum loro apprehensum traxerit) agrè forsan admittebant: Iuliæ verò, ac Tepulæ, latitudinis ped. duorum, profunditatis ped. trium ac semis, ne Pyg-*

mæi quidem, arietis, capræuè dorso insidentis (quales eos describit Plin. lib. vij. cap. vij.) capaces fuerunt.

Valde autem miror, inuentum fuisse, qui in suis ad Frontin. Notis * hanc Ductuum in altum capacitatem, siue, vt Procopius vocat, *profunditatem*, cum 281 eâ altitudine, quam Frontinus in operis proœmio se traditurum pollicetur (quæ nulla alia ibi dicenda est, nisi quam proprio vocabulo cuiusque Aquæ *libram* nominat, nam præter mensuram Specus Aquæ Appiæ, quam num. 50. inuenisse dicit altitudinis ped. v. latitudinis ped. vnus & dodrantis, de alijs in altum, vel in latum, ne gry quidem apud ipsum) infeliciter confuderit. Audi monstrum interpretationis. [*Postea altitudinem cuiusque, modulorumque rationem*] parùm sibi constant in altitudine subterraneorum meatuum, & fornicum veteres Scriptores. Procopius altitudinem definit tantam, vt eques per eos fornices opportunè posset transire. Frontinus infra, subleuatos ad centum & nouem pedes fuisse ait. Strabo Amasenus lib. v. οἱ πύονομοι αὐτὸ νόμῳ λίθῳ καὶ χαλκῳ φθέντες ὁδὸς ἀμύχανς χρεῖται πορευθεῖς. At tibi mentem non constare dicent Keucheni, dum Frontinum, qui de elatione Arcuum loquitur, à Procopio, qui de Specuum profunditate, & (quod maximè risum mouet) à Strabone, qui de amplitudine Cloacarum, ne minimum quidem discrepare velles

* Hanc dicam Dempstero primùm impingendam esse, non sum ignarus, à quo in Paralip. ad cap. xliij. lib. j. Antiquit. Rosin. totidem ferè verbis id Keuchen. accepit. Attamen peiùs istum meritum puto, & igno-

rantia in re, quæ præcipuum tractationi dat argum-
tum, & infimul furti reum manifestarium. Sed cum
nimis iam digressi fuerimus; ad reliquas Aquas, quæ
numero Procopij defunt, inuestigandas reuertamur.

185 * Vndecimum igitur Ductum præstabit nobis A-
283 QVA TRAIANA, vt &

* Duodecimum AQVA ALEXANDRINA, de
284 quibus in peculiari Dissertatione loquuti sumus.

* Pro XIII. Aquæductu is occurrit, qui ad læuam
285 Viæ Appiæ, ante septimum ab Vrbe lap. in nostrâ
Tabulâ sub nomine AQVAE SEPTIMIANAE
comprehensus, post opus arcuatum passuum plûs mi-
nûs DCXXX, ab Albanis collibus ad ipsam Viam
Appiam, Aquam propriam detulisse videtur vltra lo-
cum *di Casal Rotondo*, prope Turrin *della Selce* mo-
dò dictam; quia totâ suorum Arcuum quâ altiores
sunt eleuatione, hoc est pedum xxv. circiter, (nam sub-
tiliori mensurâ ob aspectus euidenciam opus non
fuit) supra Riuum Claudiæ attollitur. Anionem ve-
rò Nouum admittere potuisse non abnuerim; qui
quamuis prope Vrbem Arcubus Claudiæ receptus,
modicâ altitudine eam superet, vt in Tabulâ Sceno-
graphicâ nostrâ I. Dissert. num. 30. ostendimus: an-
tequam tamen in Piscinam reciperetur, semper eun-
dem parallelismum seruasse puto, quo pluribus in lo-
cis procul ab Vrbe, XL. & vltra pedes supra Clau-
diam efferri, constanti obseruatione comperij; vt
peculiari aliquando Dissertatione, De Itinere Aqua-
rum, fusiùs prosequar. Vnde ex Anienis Nouæ Spe-
cu Aquam hanc deriuatam, non quidem credo, sed,

vt

vt dixi, non impossibile duco. Hæc eadem Aqua, postquam ibi longum illud Viæ Appiæ iugum subit, quod indè vsque ad Metellæ sepulchrum continuatur, primò ad vsum * ingentis cuiusdam Pagi, seu Vici, quod magni veluti Oppidi instar est, ad dextram venientibus, in loco *Statuario* dicto, & num. 10. in Tabulâ nostrâ signato, distribuebatur. Deinde rursus ad læuam in Appiam deflectens, diuiso Ductu in duos Specus, qui ad hunc vsque diem in ædificio ad num. 22. in Theatri speciem apparent, ad Urbem, & terminos primæ Regionis tendebat: longè enim infra, huius eiusdem Ductus (nam noua Aqua esse non potuit) vestigia remanent, inter III. & IV. lapidem ad sinistram venientibus, prope veteris Templi parietinas ad num. 21, vulgò *il Torrone de' Borgiai*.

Intoleranda prorsus de * hoc ipso Aquæductu post locum *di Casal Rotondo*, loquitur P. Kircher. in suo Latio lib. ij. p. j. cap. j. fol. 31. eius Aquam è *Lacu* vsque *Lucrino*, aut ex *Ceruleo Fonte ab Appio Claudio Crasso deductam*, & à *Claudio Cesare auctam* memorans: quæ ne refellam, sed solùm in transitu attingam, facit viri præclarissimi, & tot laboribus celeberrimi veneratio. Quid enim Aquæ Appiæ cum *Claudiâ* commune esse potuit? Etsi namque * Eutropius Hist. Rom. lib. ij. ipsam Appiam, tanquam ab Appio Claudio Cæco adductam, *Claudiam* (nec benè) vocauerit; longè tamen absurdiùs nomina ita reciprocando, Ap. *Claudium Cerulei Fontis Aquam varijs gyrorum ambagibus deduxisse* dicemus, non quidem paucorum mensium, sed plùs quàm CCCL.

* annorum anachronismo. Quisue è * Sinu Lucrino,
 289 tanquam positu superiori, Aquam Romam descendisse dixerit; nisi fortasse Ligorius, qui Alsietinam ab Alasio (maritimâ Etruriæ Vrbe) Romam deducit? aut
 * is qui * Aquoreum sub Tibure Fontem (vt p. 3. c. 2.
 290 fol. 199.) *multò Romanâ Vrbe profundior*, reclamante quamvis longo Anienis, in quem Fons defluit, & flexuoso insuper versùs Urbem descensu, dicere non vereatur? Hæc sanè odiosa, ab inuito quamvis, amor veritatis, & dicentis autoritas extorquent, tum ne nobis credita videantur; tum ne alios, qui magni viri laboribus, & toties inculcatæ *auroræ* plus iusto deferent, in deuia abducant; *quò enim maiore nominis famâ suffarcinati sunt, qui curas suas publicant,* (vt Salmasij aduersùs Scaligerum, in re simili, dicto vtar) *eò maiore cum pernicie Reipublicæ literariæ peccant, si quando ipsis ut peccent usu venerit.*

* Numerum tandem quæsitum implebit alius, à
 291 nobis AQVAE *forfan* ARGENTIANAE dictus, qui sub Tusculanis collibus ad IX. circiter ab Vrbe lapidem primùm emergit, & rursus per aliam vallem, sub Turri *di meza Via di Frascati*, plures Arcus transmittit, Romamque indubiè petit; licèt illius ne minimum vltra vestigium inuenire potuerim.

Romam vtrumque hunc Ductum Aquam detulisse, equidem mihi persuadeo, sed tamen intrâ mœnia Urbis receptos fuisse, non assero; quia præsertim, prior ille, qui per dorsum Viæ Appiæ descendit, Vallem Almonis fati profundam non nisi plurimo opere arcuato superare potuisset, cuius vèl rudera aliqua, ex
 lon-

longâ , firmâque structurâ saltem remansissent.

Vt quid ergo, inquires, si hæ duæ posteriores Aquæ Urbem, vt fateris, non intrabant, inter XIV. Procopij Aquæductus computabuntur? Ad hoc igitur obiectum, solutionem, quam num. 107. I. Dissert. breuibus verbis inuolutam præmisimus, hîc vbi occasio præcipuè postulat, proluxius prosequemur.

* *Roma*, atque *Vrbs*, vnum, & idem significare videntur, sed tamen duo inter se diuersa per hæc verba indicantur. *Vrbs* enim quicquid mœnibus continetur, & aratro, siue *vrbo* definitum est, comprehendit, vt Pomponius scripsit in l. *pupillus* 239. D. de verb. signif. (cui potius quàm Isidoro lib. xv. cap. ij. ab *orbe* deriuanti subscribimus)* *Roma* verò continentia quoque ædificia complectitur, vt in pluribus eiusdem tit. legibus statuitur, nempe l. *Vrbis*. 2. l. *ut Alphenus* 87. l. *ædificia* 139. l. *qui in continentibus* 147. l. *mille passus* 154. & l. *collegarum* 173.

Modò, quousque hæc continentia ædificia se extenderint definire operæ pretium est, & ad commodum sensum dictarum legum, aliorumque veterum Authorum, eorundem amplitudinem interpretari. Nam * Lipsius lib. iij. cap. iij. de Magnitud. Rom. adeò fines laxat, vt Vrbes, & Oppida circum posita, Ostiam, Ariciam, Otriculum, aliaque incluserit; in quo, eleganter quidem ad exaggerationem Romanæ magnitudinis, sed contra nostrorum Iuris-Consultorum mentem, & absque lege loquitur: longè siquidem ab omni rectâ, & probabili interpretatione erit, quòd Præfecti Vrbi iurisdictio, intra C. milliaria à l. i.

D. de

D. de off. Præf. Vr. tributa, eademque à continenti-
bus ædificijs, non à Milliario Urbis numeranda, vt in
d. l. *mille passus* habetur, dimidiò ferè extendatur, si
ab Ocriculo (quod XXXIX. pass. mill. ab Vrbe di-
stat) numerari incipiat : & rursus, quòd * quem Ari-
cina, vel Tiburtina tellus primùm gremio suscepit,
295 is, iuxta l. *qui in communibus*, Romæ natus dica-
tur; ac demum, quòd * qui *usque ad continentia*
Urbis est, quamuis tribus, vt Ocriculæ Municipi-
pium, diætis ab Vrbe distet, ex l. *collegarum*, ab Vr-
be non abesse cenfeatur.

Romam item istam *sine ambitu*, & *quæ in Subur-
bys procurrit*, quam ibi in immensum Lipsius expan-
dit, nescio cur * paullò suprâ, ad VII. non vltra mil-
liaria, verbis Plinij detortis, vndique contrahat.

Nostre autem iam iam proponendæ *tektorum ex-
patiantium extremitati*, nullos ex receptis Authori-
bus ob stare, imò optimè suffragari credimus; iuuan-
te etiam ipso locorum aspectu, quantum per damna
longissimi temporis, & per hostilem rabiem, quæ om-
nia igne, ferroquè vastauit, adhucque colligere fas est.

* In Viâ Ostiensi, (vt hinc initium sumamus) an-
296 tequam ad biuium Laurentinæ deueniatur, ad ipsam
Tiberis Ripam ingentia extant veteris Pagi, seu Vici
rudera ad num. 12, cuius tam nomen, quam ab Vrbe
distantiam habemus apud Ammian. lib. xvij. *defertur*
(ait ille de Obelisco, Constantis iussu ex Aegypto
aduecto) *in Vicum Alexandri, tertio lapide ab Vrbe*
seiuñctum; unde *chamulcis impositus, tractusque*
lenius, per Ostiensem Portam, Piscinamque publicam
Circo

Circo illatus est maximo. Quicumque enim locum aspexerit, certò conijciet, non hìc, vt alibi passim, sepulchra, vel alia ædificia ad Viæ marginem prostare, sed ex vtroque latere, domus ad modum Oppidi latè distributas fuisse, quas Tiberis ibi à veteri cursu ad præsens devians, interfecat, partemque Vici è Latio abstractam, in ripâ Etruscâ, dexterâque ostendit.

Notandus hìc obiter * situs Portæ Ostiensis in murorum veteris Romæ ambitu, qui alibi esse non potuit, quàm sub crepidine Auentini, ad latus eius meridionale, inter Ecclesias Sanctæ Priscæ, & S. Sabbae: ex hâc enim tantum parte patet iter per regionem XII. ibi proximam Piscinæ publicæ, versùs Circum, qui eidem regioni ad læuam contiguus erat. Nam si sub Auentino, & ad partem eius septentrionalem, ad locum recentium Salinarum, cum vulgo Antiquariorum, ex Portâ Tergeminâ, quam ibi collocant, Viam Ostiensem primùm exiuisse dicatur; inuectio Obelisci per XIII. Regionem Auentini, siue per XI. Circi maximi, in quâ Porta Tergemina per Victorem, & Rufum, non per XII. Piscinæ publicæ facta fuisset, hæcque non in itinere occurrisset, sed longè, & vltra totius Circi spatium versùs Portam Capenam remansisset. Seclusâ etiam hâc Ammiani traditione, non alibi Porta * vetus Ostiensis, siue illius Viæ initium figurari potest, vt suam Viam rectâ prospectet, nec monstrosam in sui initio obliquitatem, contra id quod in alijs omnibus obseruamus, in patente præsertim, & libero spatio, præferat.

* Septizonij quoque situs, cuius reliquiæ, Patrum

nostrorum memoriâ inter Cœlium, & Palatinum
 visebantur, non parùm ad id conferre videtur: quia
 nimirum Septimius Seuerus (vt de eo Spartianus ait)
cùm illud faceret, nihil aliud cogitauit, quàm vt ex
Africâ venientibus suum opus occurreret: atqui ab
 Africâ aduenientibus paullò post ingressum Portæ, ex
 quâ Via Ostiensis (si hic statuatur) incipiebat, Septi-
 zonium etiam minùs cogitantibus necessariò occurre-
 bat; quòd si ea inter Auentinum, & Tiberim fuisset,
 longo iam circuitu, & non sinè itineris duce quæren-
 dum foret, ratioque per Spartianum adducta omninò
 cessasset. Cur autem * Viam Ostiensem, ex Africâ
 300 * aduentantibus vtì propriam, & præcipuam nomina-
 uerim, in promptu ratio est; quia scilicet hæc Via,
 omnium breuissima (vtpote recta) itinerantibus erat,
 postquam ad Ostia Tiberina appulerant, * XVI. nem-
 301 * pe miliarium, cum Antonino, & Tabulâ Peutinge-
 rianâ, cumque ipsâ veritate, quam mensura per me
 pluries, atque vniformiter acta corroborauit. Nam
 Portuensis* ad dexteram Tiberis ripam secus Flumen
 302 * adaperta, suis flexibus aliam III. miliaribus superans,
 (optimè enim Antonin. XIX. miliaria à Româ in
 Portum enumerat) ad solam mercium subuectio-
 nem, & ad onerarias naues aduerso Flumine per bo-
 ues trahendas inseruiebat, vt ex Procop. lib. j. de Bell.
 Gotthic. cap. 26. colligitur; cuius singulare de hâc Viâ
 dictum, & Viæ ipsius certissima per me obseruata,
 & in Chartâ Topographicâ fideliter reddita vestigia,
 deuium ad præsens Tiberis iter, quatenus à Viâ stabi-
 li, & permanenti recedit, & vbi olim eius alueus fue-
 rit,

rit, atque vbi propterea ad euitanda nuperæ subuectionis pericula (quæ ad hunc Alexandri Vicum, frequentibus naufragijs infamem, quàm maxima sunt) illum duci oporteret, egregiè demonstrant.

*Portam igitur Trigeminam cum Ostiensi synonymam, vt communiter tenent, minimè fuisse, optimè
303
méo iudicio Nardin. lib.j.c.x. p. 50. ostendit; inutiliter tamen addit ex Victore, & Rufo, (qui nîl tale dicunt) eam inutilem remansisse: nam omnibus alijs Portis veteribus intrâ moenia Aureliani conclusis, id commune fuit. * Quod potius Trigemina cum Nauali eadem fuerit, angustia situs, vnus tantum Portæ capacis, inter Auentinum, & Tiberim, suadere videtur: fuisse enim *ad Auentinum*, & *prima Urbis moenia* Nauale, aduersus Ligorij, Panuinij, & aliorum sententiam, firmiter probat P. Alexander Donatus de Urb. Rom. lib. iij. cap. xij. pag. 253. Et vt Nauali Emporium coniunctum fuisse conuenit; ita prorsus postquam Auentini crepidines euaseris, plurima illa ad Tiberim rudera, quæ hætenus confusa, & dispersa, & propterea inobseruata alijs remanserunt, ad vnicum ædificium conducere animaduertes; quæ nîl aliud, quàm hoc quod querimus * Emporium repræsentare possunt: tum ex Horreorum, & Porticuum multiplici-
305
tate: tum ex horum sensim ad Tiberim inclinatione, quæ mercibus ipsis è nauibus ad Horrea subuehendis inseruijsse videtur: tum ex amplissimâ arcâ circumquaque ad easdem exponendas, seu ad fabricam, refecti-
306
onem, vel subuectionem nauium expansâ: tum demum ex * visâ atque adnotatâ per Flam. Vaccam eo in
X spatio,

spatio, quod extremos, imosque arcus, & Tiberim interiacet, littoris curvitate, & sinu ad Portum constituendum. Sic enim Vacca in suâ ad Simonettum aliâs per nos allatâ Epistolâ. *Mi raccordo l' anno passato appresso al loco doue si chiama la Cesarina, perche è di Casa Cesarina, (ita & hodie) vi furono trouate certe colonne gialle, le quali condotte per il Teuere, erano state scaricate in quel loco sopra la ripa, e si veggono iui molti pezzi di mischio abozzati, li quali per li tempi auanti sono stati trouati in quel loco, mà sono pieni di brutte macchie, e circondati da durissimi calcedonij, & è la causa, che sono ancora in quel loco rimasti; si vedono sopra terra muri à modo di Magazeni, e nella ripa del Teuere si vede il seno del Porto: intrâ quorum ruderum ambitum, * lapidem illum extasse*
 307 *puto cum hâc nauticâ lege QVICQVID. VSVARIVM. INVEHITVR. ANSARIVM. NON DEBET, quem Fuluius Antiq. lib. iv. tit. de Naua-*
libus Urbis, in Tiberis ripâ sub Auentino refert in-
uentum: vti certè extat adhuc basis bipedalis altitu-
dinis, intrâ nostri Emporij fines annis superioribus
extracta, cum sequenti epigrammate;

S I L V A N O

S A C R

ANTEROS. CAES

HORREARIVS

CHORTIS. III

D. D. A. L

ad cuius latus dexterum patera, ad sinistrum lupus,
 huic

huic numini, prout & Marti apud Romanos facer, insculptus conspicitur: extititque ara illa, in Vineâ olim Marcelli ex Nobb. de Capisuccis reperta, cuius duplicem inscriptionem refert Grut. pag. lxxv. 1. & 2.


NVM . DOM . AVG	NVM . DOM . AVG
S A C R V M	S A C R V M
GENIO. CONSERVATO	FORTVNAE. CONSER
RI. HORREORVM. GAL	VATRICI. HORREOR
BIANORVM	G A L B I A N O R V M
M. LORINVS	M. LORINVS. FORTVNA
FORTVNATVS	T V S . M A G I S T E R
MAGISTER	S. P. D. D
S. P. D. D	

Alia denique parua basis ibidem in Vineâ huic Emporio ad meridiem contiguâ asseruatur, quæ, siue ex Aedibus Pomponij Læti, vbi Mazoch. apud Gruter. pag. lxxvj. 10. eam obseruauit, hic redijt; siue alia ab eâdem est, ex duplici illâ epigraphe, & emblematis; ad hæc forsan Emporij publica Horrea, ex Magistris inscriptis, referenda venit.

retro

L. DVNIVS. APELLA	<i>è latere</i>	C. ANNIVS. TYRANNVS. MAG
C. ANNIVS. TYRANNVS	<i>dextero</i>	ET. L. DVNIVS. APELLA. PRIM
MAG. PRIM	<i>clauus.</i>	FOR HORE DD
FORT. HORR DD	<i>è lauo</i>	<i>duo cornu copia cum frugibus</i>
<i>patera. utceolus</i>	<i>globus.</i>	<i>& vomere discussatim posita.</i>

* Opus igitur insigne, & in tantâ sui vetustate nouum, non vnâ, simplici que delineatione comprehendere, sed 308 diuissim in ichnographiâ, & ortographiâ exhibitum, minutè, partite que explicare decreui: post quæ, ad Vicos in militaribus, & præcipuis Vijs, qui continentia Romæ ædificia claudebant, inuestigandos reuertar.




Tab. II.

Scala



Explicatio Tab. I. Ichnographiam totius operis
continentis

- ab. ab. Muri duo, longitudine, structurâ, numero arcuum, & eorundem inclinatione aequales, duplicem ad utramque faciem fornicis curvaturam exhibentes, unde Porticus cum descensu ad Tiberim fuisse credimus
- cd. Murus alter, structurâ, & longitudine antecedentibus respondens, arcubus tamen carens, quia extimus
- e fg. Substructio spatij, seu areae exterioris, muro lateritio terminata
- h. Gradus, per quos ascensum à Tiberi in Emporium fuisse ex Liuiο lib. xlv. coniicimus
- Vestigia Cellarum, siue Horreorum ex i in l, in qua longius istud latus m n distributum fuisse videtur
- Omnis Porticuum, & Horreorum ambitus, structurâ lapideâ, sinè ullâ cocti lateris admixtione constat; parietes scilicet ex incerto opere, unde eorum vetustas deprehenditur; fornices verò, & munitiones arcuum ex lapide politissimâ arte quadrato.


Explicatio Tab. II. Orthographiam Porticus
continentis

Porticuum ascensus (ex quibus iuxta Vitruuij præscriptum lib. v. cap. xij. aditus ad Emporia esse debet) ab imo ad summum est pedum xx, hoc est ex A in B ped. VI, ex B in C ped. VIII, & ex C in D ped. VI

Locus terrâ & rudetibus est oppletus.

Ex-

Explicatio Tab. III. Orthographiam Cellarum, siue Horreorum continentis



HHHH. Quattuor ad latus exterius versùs Montem Testaceum fenestræ, ad quas clathra fuisse, ostendit excavatio, lata unc. ij. totidem profunda, spatio unius pedis à facie exteriori distans

Pars sub lineâ F G sub terrâ, suisque ruderibus sepulta

Remanent portarum inter unum & aliud Horreum vestigia,

ex latere extante I K, eiusdem longitudinis cum alio inter E & D Tabulæ antecedentis, hoc est pedum IX.

* Ardeatina Via sui Vici rudera, non quidem ita certa, & copiosa, non contemnenda tamen ostendit, eo in loco, ubi ab Appiâ, cum quâ eò usque ferè iuncta processit, iam diuertere incipit, in recenti Viâ quæ Appiam cum Ardeatinâ connectit sub Metellæ sepulchro. Ista ædificiorum congeries alia propemodum contingit, quæ ab Appia læuorsum usque ad Sancti Urbani Aedem dispersa iacent, inter quæ Circus, quem ex nummis, & ex magis recenti structurâ, non Caracallæ, sed Gallieni fuisse, doctiores iudicant.

* Appia uti aliarum Viarum celeberrima, primò Pagum istum habuit; (cui nomen Camœnarum fortassè inerat, si Nardino credimus) postea alium luculentissimum ultra V. lapidem ad læuam nacta fuit, in loco, cui à multiplicitatē forsan statuarum, & ornamentorum, adhuc *Statuarij* nomen inhæret, suo

Præ-

Prætorio, Templo, Amphitheatro, Circo, alijsque nobilissimis membris præ cæteris insignito.

* Alius ad eandem Viam Vrbi proximior Pagus, (ad Camœnas vocabimus) tum reliquo ornatu cum isto certabat, tum, illius æmulatione, proprium Ductum habuit, qui ab Arcubus Claudiae, Aquam desumpsit: permanent enim adhuc rei vestigia ex Puteo ad caput Ductus num. 19. nostræ Chartæ, crustâ vndique oppleto, per quem Aqua ad nouum hunc Ductum descendebat; ex Arcubus, qui Vallem prope Fontem Aquæ Salutaris tractu pedum CCCC. transmittunt; & ex Specu eiusdem Aquæ, rursus intrâ ipsos Pagi fines etiam nunc in Vineâ Cortesiâ, conspicuo.

* Duplicem quoque Vicum Latina Via exhibet: alterum paullò vltra IV. lapidem, ad Piscinas, vt credimus, Aquarum Marciae, Iuliae, ac Tepulae: (qui forsan *Lemonius Pagus* fuerit) alterum omnium maximum, decem stadijs vltra promotum, in loco *di Sette bassi*. Huic ad occidentem Villa alicuius Imperatoris (tantam enim coniecturam rudera non dedignantur) cum Statione, & Cellis Prætorianorum, vt Porticus, Balnea, aliaque ornamenta fileam, obtenditur: ad cuius* vsum, Ductus peculiaris, opere arcuato pass. DC. constans, ab Anienis Nouæ Arcubus deriuatus fuit, 312

* Ad Prænestinam, hinc indè circa Templum rotundum, quod *Torre Schiaua* nostrates nuncupant, Vici ornatissimi vestigia plurima remanent. 314

Ad læuam Prænestinae * Collatina erat ex Frontin. num. 5. non quidem, vt notat Holstenius ad Cluuer. pag. 102. à Prænestinâ ad V. lap. incipiens, vel post dictum 315

dictum Templum *di Torre Schiaua*, vbi recens diuertigium; sed propriam seruans ab Vrbe Collatiam vsque straturam, vt meâ fide Te pro nunc credere volo: Holstenius enim, neque eius ductum, neque terminum obseruauit; si namque obseruasset, * Collatiam, 316 vt nos, ad rudera illa *del Castellaccio* (quod vetus Castrum Osæ, siue Losæ fuit, pluries in Bullario Casinensi in censum Ven. Monasterij S. Pauli de Vrbe relatum) non verò Gabios, milliario procul à Viâ Prænestinâ, temerè, inconstanterque insuper collocasset, vt fecit pag. 199. Fuisse enim Gabios in ipsâ Viâ, tam Strabo, quàm Dionys. à Cluuerio relati pag. 655. 12. expresse probant; idemque Holsten. in Annot. ad Ortel. verb. BVRRANVS LACVS, ad Viam Prænestinam Gabios admittit.

* Corrigendus est autem, dum Castellum D. Iuliani ibi, & pag. etiam 131. ad Osam Fluuiolum fuisse credit, & pro nostro Osæ Castro accipit: nam verius, S. Iuliani parietinæ, nomenque, sesquimilliario circiter vltra, trans Castrum *di Castiglione*, Tibur versùs, longiusque adhuc à Prænestinâ remanent, vt opportuniori loco ostendam.

* Ideo tamen nullus ad Collatinam Vicus apparet, 118 vel quia ad dictum Vicum in Prænestinâ, cui ibi proxima est, pertinebat; * vel quia non inter Vias præcipuas, sed inter Viatria computanda erat, tanquam 319 solis ped. viij. & vn. iv. in latum patens, nec sollemnem Viarum consularium mensuram, vt plurimum ped. xiv. & vnciar. iv. adæquans. Quapropter Plinius, in ostendendâ Aquæ Virginis origine, quæ ad eam nasci-

sci-

scitur, * Prænestinam, vti celebriorem, & verè militarem Viam, & ab eius octauo lapide Diuerticulum II. mill. pass. indicauit; quod tamen idem esse cum VIII. lapide Viæ Collatinæ, de quo Front. num. 16, ex nostra Chartâ videbis. Quàm parùm autem (vt aduersus illaudatum Authorem iterum exclamem) nostra hæc loca intellexit * Georg. Fabric. in suâ Româ, dum cap. v. pag. 54. Collatinam hanc Viam *extra Portam eiusdem nominis Collatiam ducere*, & post exiguum spacium incidere in Salariam dixit; totis duabus Vijs, Tiburtinâ, & Nomentanâ intermedijs.

* Tiburtina, & Nomentana, quia ad latera Castrî Prætorij prodibant; vt Portæ ipsæ vnde emittebantur hodie clausæ, & vetera vtriusque Viæ rudera euincunt; hoc ipsum loco Pagi, vel Vici pro suo quæque termino habuit apud Plinium, verbis mox recensendis.

* In Saliariâ non dubito quin suus Pagus extiterit, sed frustra me illum conquisiuisse fateor, quia forsan, vt Lucan. lib. ix. de Illo deplorat. . . *tota teguntur*

Pergama dumetis, etiam periere ruina.

* Campus Martius cum Minori, totus & integer ad Flaminiam, & Triumphalem expansus, nostræ ibi extramuranæ Romæ ambitum claudebat.

De Urbis strictè sumptæ magnitudine primùm: mox de impercepto adhuc mensuræ genere, à Foro ad singulas Portas; demum de obscuriori adhuc, ad extrema tectorum, hæc Plin. lib. iij. cap. v. * *Mœnia eius collegere ambitu Impp. Censoribusque Vespasianis, anno conditæ DCCCXXVIII. pass. XIII. M. CC. complexa Montes VII. Ipsa diuiditur in Regiones XIV.*

* *Compita Larium CCLXV. Eiusdem * spatij mensurâ*
 326 *currente à Milliario in capite Romani Fori statuto ad*
singulas Portas &c. efficit passuū per directum XXX.

* *M.DCCLXV. Ad extrema verò tectorum cum Castris*
 327 *Prætorijs ab eodem Milliario per Vicos omnium Via-*
rum, mensura colligit paullo amplius LXX. M. pass.

* *Missis itaque pro nunc duobus primis mensurâ*
 328 *generibus; * tertium hoc à Milliario Aureo ad ex-*
trema tectorum, & Castra Prætorialia, per Vicos om-
nium Viarum, egregie nostro systemati respondet,
ut ex subiectâ synopsi, ruditer, & ad simplicem rei
captum institutâ, deprehendere poteris.

A Mill. Aureo per Viam Ostiensem, circuito Vico
Alexandri, & rursus per eandem ad Forum pass. 7500

A Mill. Aur. per Viam Ardeatinam, circuito Vico,
& rursus per eandem ad Forum pass. 7500

A Mill. Aur. per Viam Appiam, circuito Pago Ca-
mænarum, & rursus per eandem ad Forum pass. 7500

A Mill. Aur. per Viam Latinam, circuito Pago for-
san Lemonio, & rursus per eandem ad Forum pass. 11000

A Mill. Aur. per Viam Labicanam, circuito Pago,
& rursus per eandem ad Forum pass. 7000

A Mill. Aur. per Viam Prænestinam, circuito Pago,
& rursus per eandem ad Forum pass. 8000

A Mill. Aur. per Viam Tiburtinam, circuito Castro
Prætorio, & rursus per eandem ad Forum pass. 3000

A Mill. Aur. per Viam Nomentanam, circuito Ca-
stro Prætorio, & rursus per eandem ad Forum pass. 3000

A Mill. Aur. per Viam Salariam, circuito Pago in-
certa positionis, rursusque per eand. ad Forum pass. 7000

A Mill. Aur. per Viam Flaminiam, circuito Mar-
tio Campo, & rursus per eandem ad Forum pass. 6000

A Mill. Aur. per Viam Triumphalem, circuito
Campo Minori, & rursus per eandem ad Forum pass. 3000

70500

* Vicos illos extimos num. 8. & 10. ad Latinam, & Appiam, consultò in expendendis Plinij verbis 329
omissimus; quia nempe credimus, eos post Plinij ætatem auctos fuisse, & aliorum, qui ferè in orbem dispositi sunt, seriem interrupisse. Rudioris siquidem sæculi opus redolent, tam Aquæductus, quos in vtriusque Vici usum extructos videmus, quàm præcipuum huius ad Latinam Prætorium, in quo * primum retractionem murorum, directo scilicet latere 330
interno, exteriori verò sensim resupino, quam hodie à *scarpa* vocant, inter antiqua monumenta observavi; quamvis vetustioris inuenti fuisse non ignorem istam, quam Vitruv. lib. vj. cap. xj. vocat *structuræ proclinationem*. Certum tamen est, eos Pagostempore Procopij iam extitisse; (tantam enim, tamque splendidam ædificiorum molem post derelictam Romanam rem, & Imperij sedem ad Orientem translata, quisnam excitasset?) & influxus posteriorum duorum Aquæductuum excepisse, ut hinc (quatenus etiam non ultra processerint) eos Romani intrasse concludamus.

Hæc ad Plinium, insolentia certè, & quæ aliquibus audacia videbuntur; sed quæ propius fortasse ad eius sententiam accedunt: ac nemini animaduersam, certissimam quamvis, ex loco ipso comprobationem secum afferunt.

* Dionysij autem verba, ita continentium horum ædificiorum ambitum circumscribunt, *quæ circum Urbem habitantur loca, multa illa, & magna, immunita sunt, & hostium incursionibus valde obnoxia:* 331

in hæc oculis conuersis, si quis magnitudinem Romæ exquirere velit, longè fallatur necesse est, nec certè dignoscere poterit, quousque Vrbs se extendat, & ubi Vrbs esse desinat; ita regio omnis Vrbi perpetuo nexu coheret, in infinitam longitudinem porrectæ Urbis existimationem spectantibus præbens. Hæc inquam Dionysij verba lib. iv. hyperbolicè, procul dubio, prolata, vt & alia Plinij, *expatiantia testata multas addidere Vrbes*, vix posse vltra nostros designatos fines protendi arguet, quicumque* terminum ambarualium sacrorum, & ipsius Agri Romani, intrà V. vel VI. lapidem cum Strab. lib. v. *ad locum Festi*, recognoscere cogitur. Extra nostram verò, quàm Romæ dedimus, extensionem, Nardinus ipsam quodammodo *Vrbem* porrigere videtur, qui locis primæ Regionis, à Rufo, & Victore descriptis, & eorum ambitu pedum xiiij. M. non immutato, Aedem Fortunæ Muliebris, quæ ped. XX. M. per rectum, IV. nempe miliaria ab Vrbe Viâ Latinâ distabat, & Fossas Cluilias ad V. lap. Viâ Appiâ, *quarum, cum re, nomen quoque Liuij tempore* (ita enim ille lib. i.) *vetustate aboleuit*, lib. iij. cap. j. pag. 73. comprehendere voluit, vt Panuini libertatem (non quidem ita effrænata) negligenter imitaretur.

En itaque (vt vnde digressa fuit oratio redeat) spatium extra Vrbem, intrà quod nonnulli ex Aquæductibus per Procopium enumeratis, suas Aquas deferrebant, quod Romæ nomine appellare, à Latinâ proprietate, & ab ipso Iuris-Consultorum rigore non est alienum. Addamus pro coronide, * Frontinum quo-

quoque, Romam, vt nos, extra Urbem agnouisse; nam quamuis in Proœm. *Aquas quæ in Urbem Romam influunt*, se enarraturum præmittat; Alsiétinam tamen inter has comprehendit, quam *totam extra Urbem consumi* num. 72. apertè infrà profite-
 tur; in Transtiberinâ tamen Regione, vt dixerat num. 26., & * non in Campo Martio, vt Ligor. audacif-
 sius ille stipes in Paradox. intellexit, ibi, *l'Alseati-* 335
no Fonte pigliandosi dal Lago Alseatino, per la Via Claudia, faceua Fontana nel Campo Marzo, come ne dimostra Frontino. Illum Annotationibus Celsi Cittadini, eâdem dialecto loquentis, ita corrigo,
Costui fa dire à suo modo gli Autori, li quali non haueua mai letto, che non intendeua il Latino. Frontino non parlaua di Campo Marzo, mà dice, che l'Alsiétina faceua capo nella Naumachia, inten-
dendo di quella ch'era à San Cosmato, e non di quel-
la ch'era sotto il Pincio.

Supereft modò, Victoris, ac Notitiæ Aquas omnes (vt nos præstáturos promissimus) in istos XIV. Procopij Aquæductus absorbendas immittere.

Et quidem quattuor prioribus * Appiæ, Marcia, 336
 Virgini, ac Claudiæ, suus cuique Ductus assignatus est.

* V. Herculænea in Anienis Nouæ Ductum reci-
 piebatur ex Front. num. 22. *Iungitur ei [Anieni No-* 337
uæ] Riuus Herculæneus oriens eâdem Viâ ad millia-
rium XXXVIII. è regione Fontium Claudiæ trans
Flumen, Viamque, sed mixtus gratiam sui splendo-
ris amittit: & proinde forsan à Victore loco Anie-
nis Nouæ, quæ ibi deficit, post Claudiam recensita
 fuit.

- fuit * Herculaneus etiam Riuus is dicebatur in Vrbe,
 338 per quem pars Aquæ Marciae post hortos Pallantia-
 nos deijciebat se per Coelium, vt ait Front. num. 28:
 non tamen ab adiuncto sibi Herculaneo illo Riua in
 Tiburtinis (quæ enim id fieri poterat?) nomine sum-
 pto, vt P. Donato excidit lib. iij. cap. xvij. fol. 298.
 Quapropter, propius, nec ex Fonte petito nomine,
 ita in Vrbe ramus hic Marciae vocari potuit. Si ve-
 rò inter hæc spinosiora, animum suauitate Ligorij
 hilarare libet; * audi ipsum in suis de Aquæduct. Col-
 339 lectaneis ita magistrantem, * *Acqua Herculanea*. Fù
 posta nell' Acquedotto dell' *Acqua Vergine*, da Clau-
 dio Imperatore, e fù cagione, che l' *Acqua Vergine*
 perdesse la sua nobiltà, come fà una *Vergine* cor-
 rotta dal maschio: laonde come dice Plinio, fù per
 oracolo tolto il Riuo maschio dall' *Acqua Vergine*,
 per ritornarla alla sua purità. Ride nunc (si ma-
 la bilis non præualet, vt mecum aduersus hunc nu-
 gatorem quandoque fieri sentio) temerariam homi-
 nis fiduciam, & aduersus reprehensores securitatem.
 *
 340 * VI. Tepula, &
 * VII. Damnata, Ductus proprios, & cognomi-
 341 nes habebant.
 * VIII. Traiana, vt in Primâ Dissertatione proba-
 342 uimus, à Sabatino Agro ad summum Ianiculum, &
 Transiberinam regionem deducta fuit. Falsus est
 igitur Fulu. Antiq. lib. iij. cap. de Aquâ Virgine, qui
 vult, * eam occasione restitutionis Aquæductus, Tra-
 343 ianam vocatam fuisse, & de illâ nummum cum Fon-
 te, quem expendimus intelligi. Nec enim repugnat
 huic

huic nostræ sententiæ, mentio * Aquæ Traianæ in
tubo plumbeo ad Auentinum versùs Portam D. Pau- 344
li reperto, & ita inscripto.

AQVA. TRAIAN. Q. ANICIVS. Q. F. ANTONIAN
CVR. THERMARVM. VARIANARVM

Grut. pag. clxxxij. 7

Quia longè faciliùs, ac probabiliùs videtur, Aquam è
proximo Ianiculo in Auentinum per Pontem Aemi-
lium transiisse, & ab vltiore in citeriorem ripam,
communicatâ Ductuum vtilitate, per fistulas deuenif-
se; vt è contrà, è Româ trans Tiberim Aquæ perduce-
bantur, teste Front. n. 17, solitæ, vt cum Statio loquar,

. . . *audaci transcurrere Flumina plumbo;*
potiùs quàm absque alicuius veteris Scriptoris autho-
ritate, * Marciam Auentino per Traianum restitutam
fomniare: Frontini etenim verba illa num. 74. *qui-* 345
bus [Collibus] nunc plures Aquæ, & in primis Mar-
cia reddita, ampliori opere à Coelio Auentinum vs-
que perducitur, ab hisce alijs immediatè sequentibus
declarantur, *Sentit hanc curam Imperatoris pijsimi*
Nerue Principis sui Regina, & Domina Orbis in dies,
quibus Nerua Pater, & non Traianus, perductionis
author designatur. Nec præterea possunt ad Traia-
num referri, quia is tempore quo Front. scripsit, hoc
est, *inter initia suæ administrationis,* vt in Procem.
num. 1, siue *Neruâ Imperatore* (cui opus nuncupat)
III. & Virginio Rufo III. Coss. vt lib. ij. num. 90,
nondum plenè Imperium adeptus erat; tantum abest
vt Aquam deduxerit, & nummum V. sui Consulatu
insignitum in memoriam facti percusserit, vt alibi, I.

sci-

scilicet nostrâ Dissert. num. 40. & 103. reprehendimus.

Quod etiam si verum foret; hoc factum nummo cum Fonte signari non meruisset; nec propterea nomen *Marcia* à tubulo abolendum erat, vt *Traiana* substitueretur: cùm præcipuè ad Aquas distinguendas earundem nomina * in fistulis adnotari solitum esset, vt
 346 videmus AQV. MAR. itemque ANIO. VET. in alijs tubulis per Grut. ibidem subiectis contineri.

* Aqua hæc Traiana * (vt cursim suprâ num. 241. ex
 347 Procopio tetigi) Moletrinis olim in Cliuo Ianiculi addicta legitur, ad quod munus longo tandem postliminio reuersam videmus, adeò *nihil sub Sole nouum, nec valet quisquam dicere, ecce hoc recens est*, vt sacrae habent paginae Eccl. cap. j. vers. 10. ita enim de hoc Procopius: τοῦτο δὲ ἀντικρὺ τοῦ χώρου, ἐκ τῶς τοῦ Τιβερίου, λόφον τινὰ μέγαν ζυμβαίνει εἶναι, ἐνθα δὴ οἱ τῆς πόλεως μύλωνες ἐκ παλαιῶν πάντες πεποιήνται; ἅτε ὕδατος ἐνταῦθα πολλοῦ ὅθεν μὲν τοῦ ὀρεγῆτος ἀγομῆρος εἰς τὴν τοῦ λόφου ὑπερβολὴν, εἰς τὸ κατὰ πᾶς δὲ ζυνὲ ῥύμη μεγάλη ἐνθενδε ἰόντος ἐ regione trans Tiberim magnus collis eminent, ibique omnes Moletrinae iam inde olim extructae sunt; quippè, magna Aquae vis per Alueum structilem ad collis verticem deducta, inde uehementi cum impetu in decliue labitur. Vsum itaque vetustissimum huius Traianae Aquae resumptum mirari, & culpae (vt ab aliquibus fieri audimus) desinant tandem: nam mihi potius in votis semper fuit, Tiberim ab isto impedimento vacuum cernere. * Quæ enim Belisarius, necessitate dictante, incisus videlicet per Gotthos in Urbis obsidione Aquæductibus, adinuenit; (vt ibi Procopius

pius subdit) cur eâ cessante, maximâ cum deformitate ob occupatum alueum, nec minori incommodo, ex interrupto inter supernatem, & infernatem Riuum commercio, per damna, atque pericula perdurare patiamur? Etenim, non solum priuatis iacturis instruimur, impendia Fluuiatilium eiusmodi Molarum, vtilitatem vincere; nam ijs semel absumptis, vel in præceptis (vt non rarò accidit) excrecente Flumine raptis, aliæ non sufficiuntur: sed publica hinc inundationum Urbis damna plurimum augeri (alias etenim causas concurrere ^{non} abnuo) ex Geometricis demonstrationibus patet; * retardato enim Aquæ cursu per ingentes illas, quibus Ripæ alligantur, moles, (Pilas Staffilarias Holstenius in peculiari sub hoc titulo Dissertatione vocat) sequitur Aquæ mensuram augeri, quæ è contrâ sublatis impedimentis maiorem velocitatem aquireret, vnde eleuatio cessaret; vt concludit P. Castell. *Della Mis. dell' Acq. corr.* coroll. xvj. append. ix. pag. 37. Illud peius in hisce Moletrinis accidit, quòd in occupandis Tiberis ripis, nouo inuento, & non ex Belisarij imitatione peccatum fuit: * non enim Belisarius Pilis Staffilarijs ripam impedijt, sed prorsus innoxio molimine, (vt verbis Procopij describam) *pro Ponte [sub Ianiculo] aptatis funibus, & ab utrâque Fluminis ripâ validissimè extentis, binos Lembos colligauit, bipedali inter utrumque relicto spatio, quâ maiori impetu è Pontis fornice Aqua decurrebat: tum, duabus Molis utrique Lembo impositis, in medio machinam, quâ Mole volui solent, suspendit. Alios continenter*

*Lenunculos, ad eorum rationem qui ponè erant conne-
xuit, ac machinas eodem modo immisit; quæ omnes
ordine, profluentis Aquæ vi circumactæ, appositas sibi
Molas ciebant, & quantum Vrbi opus erat molebant.*

IX. * Anniam, siue, vt habet nouus Victor, Am-
351 niam, ab Aniâ siue Anienis, quæ ab ipso Amne pe-
tebatur, dici potuisse cum Pancirolo assentimur; ne
aliàs Aquæductum extantem Victorem omisisse, &
alium incertum per errorem reposuisse dicamus. Mo-
dò, ingeniosæ huic Pancirolij solutioni, laudem ex
deterimæ, ac monstrosæ interpretationis compara-
tione conciliemus: *l'Acqua Annia fù dedotta dall'
Acqua Traiana in diuersi luoghi di Roma da Lucio
Annio Vero Censore, nell'Imperio d'Antonino Pio,
e di Marco Aurelio.* Ligorium hunc esse iam finè me
agnouisti; quis enim alius paucissimis verbis tot ine-
ptias concludere sciret?

X. * Alsia, siue Alsientena, quæ & Augusta, est
352 ipsa Alsietina, cui Front. quoque Augustæ nomen
tribuit num. 2. & num. 17. ibi, *Quæ ratio mouerit
Augustum providentissimum Principem producendi
Alsietinam Aquam, quæ vocatur Augusta, non satis
perspicio, nullius gratiæ, imò & parum salubrem.*

Hoc etiam * Augustæ nomen ad alium Fontem
353 pertinebat, quo Augustus (vt in eius Breuiario, in
lapide Ancyrano apud Grut. pag. ccxxxij.) *AQVAM
QVÆ . MARCIA . APPELLATVR . DVPLI-
CAVIT . FONTE . NOVO . IN . RIVVM . EIVS
IMMISSO*, qui postea modò in Marciam, modò in
Claudiam deriuabatur, vt ex Front. num. 18. in no-

strâ II. Dissertatione obseruauimus. Imò, & * Aquæ
 Virgini ab Agrippa tributum fuisse, Dio scribit libro 354
 liiij. *Aquam quæ virgo vocabatur proprijs sumptibus*
 [Agrippa] *in Urbem adduxit, Augustamque nomi-*
navit; quod tamen non ita certum est, quin tutius
 asseri possit, Dionem alterum pro altero, Virginem
 scilicet pro Appiâ, quæ in eodemmet Agro Luculla-
 no oriebatur accepisse, dum Virginem in nomen Au-
 gustæ transisse, primus, solusque dixit: neque enim
 id tacuisset Frontinus, qui potius causam deceptionis
 Dionis indicat; ait enim, Aquæ quæ Augusta voca-
 ta fuit ranum in supplementum Appiæ adhibitum,
 vt habemus num. 5. quamuis sub aliquâ lacunâ, quæ
 ex ijs quæ subdit n. 50. declaratur. Vnde ne à Fronti-
 no, tempore proximiori, & ratione sui muneris dili-
 gentiori, ac fideliori Scriptore discedamus, * Augu-
 stæ nomen ad ramum Appiæ relegemus, qui *Viâ* 355
Prænestinâ ad milliarium sextum, Diuerticulo sini-
strorsus (ita Front. d. num. 5.) *Fontem accipiebat,*
eiusque Ductus usque ad Gemellos (qui est locus in-
trâ Spem Veterem) *efficit Riua subterraneo pass. VI.*
M. CCCLXXX. * Huic ramo Augustæ, cognomen
Alfietinæ perperam additum reperiri, ex glossemate, 356
 quod in Frontini contextum irrepsit, benè obseruat
 Nard. lib. viij. cap. iv. fol. 503. * Sed non æquè feli-
 citer Frontinum corrigit, vbi *intrâ Spem Veterem*, hoc 357
 est apud Portam Maiorem, Aquam Appiam perue-
 nire potuisse negat: nam si eâ ratione mouetur (nul-
 lam enim affert) quasi illucvsque Appia ascendere
 non valuerit; futilis ea est, quia Frontinus locum

quà pertransibat Ductus, non eius altitudinem definit: & dum illum ubique (præter quam ad Portam Capenam) subterraneum fuisse dixit; nihil absurdum est, eundem, modò sub Collibus profundius, modò sub planitie leuius depressum considerare.

358 * Hoc idem Augustæ nomen etiam ad Marciam abusiue traxit Angelon. in Augusto num. 9. pag. 11. *riconducendo [Agrippa] à proprie spese entro Roma l'Acqua Martia già perduta, e la migliore, e la più purgata, che di presente vi sia, e chiamolla Augusta*, sed ex Authoribus nobis, imò & sibi ipsi ignotis: nisi deceptum fuisse dicamus in acceptione Marcie, pro Virgine, quam, Dionem sequutus, Augustam vocasse potuit. Quamquam neque hæc fultura eius sententiam fati firmat, quia Agrippa, ex Frontin. num. 15. *Virginem collectam Romam perduxit*, non verò iterum adduxit, ut Angelonij verba sonant.

359 * XI. * Cærulea, est pars Claudie, quæ ex duobus Fontibus amplissimis, & speciosis, Cæruleo, & Curtio, ut ait Front. num. 19. concipiebatur.

360 * XII. * Iulia, proprio Aquæductui nomen dedit ex Front. num. 12. postea insignita titulo *Venocis* à Ligorio, qui ab homine Aquam repertente, ad Aquam, nec quidem eandem, cognomentum transtulit. *Caio enim Fabio, ob inquisitas Aquæ Appiæ venas, Venocis cognomen datum est*, ut habet Frontin. num. 3. Cumque alioqui, propriè loquendo, Venox, *Venæ indagatorem* sonet, tale nomen Aquæ ipsi quæ indagatur, & perquiritur attribuere, verè Ligorianum esse videtur.

* XIII. Argentianæ nomen congruere poterit Ductui
 illi ad Viam Tusculanam, quod Algidum rectissime
 respicit, vt nostra Charta ostendit; nulli certè alij A- 361
 quæ, nî nostra arrideat coniectura, æquè benè appli-
 candum. * Algidum enim Montem, illum fuisse di-
 cimus, qui post Tusculum ad læuam Latinæ Viæ non 362
 vno vertice protenditur, Præneste, & Orientem æ-
 stium versùs, cui hodie S. Syluestri Cœnobium, &
Rocca Priora insident: diuidebat enim tam Algidum,
 quàm Tusculum (quod in eodem dorso erat) ab Al-
 bano Monte Vallis illa intermedia, in qua Castrî Mo-
 lariæ rudera visuntur; Nam Latina Via, cuius pluries
 vestigia recognoui, ad latera Tusculani, & Algidi
 Montis, & Vallis iam dictæ à læua imminens ducebatur,
 vt ex sequenti Strab. loco lib. v. à Cluuerio inter
 tot, huius, & aliorum authorum dicta quæ cumulat
 non animaduerso, innotescit, Εἰς τοῦτέρω δὲ τῆς κατ' αὐτῆς
 ὁρεινῆς, ἅλλη ῥ' αἷχης ἐστὶ, μετὰ τὸ αὐλῶνα κατὰ λείπουσα τὸν κατὰ
 Α'λγιδὸν ὑψηλὴ μέχρι τῆς Α'λβανῆς ἐρείς, ἐπὶ ταύτης δὲ τὸ τοῦσ-
 κλον ἰδρύται, *intrà montana ad quæ eæ* [Tibur scilicet, &
 Præneste] *sunt conditæ, aliud porrigitur montanum,*
εἰς sublime dorsum, conuallem relinquens inter Al-
gidum, εἰς Albanum Montem; eo in loco Tusculum
collocatum est. Id etiam optimè comprobatur * ex
 descripto per Liuium libro xxvj. Hannibalis itinere, 363
Hannibal infestius perpopulato Agro Fregellano pro-
pter Pontes intercisos, per Frusinatem, Ferentinatem-
que, εἰς Anagninum Agrum in Labicanum venit; inde
Algido Tusculum petijt: nam à Labicano Agro (hoc
 est, cum Holstenio, iuxta Columnnam Oppidum) si
 per

- per Algidum Tusculum petijt; en Algidum, vtì & Tusculum, & Labicum cum toto suo Agro, ad idem Viæ Latinæ læuum latus, vt prætendimus: quibus enim ad dextram Viæ Latinæ, Valle illâ intermedia, in * eodem cum Monte Albano (hodie Cauo nuncupato) continuatoque vertice Algidum esse dicitur; (vt P. Kirch. in Latio lib. ij. p. j. cap. iij. fol. 37. iterumque par. ij. c. iv. fol. 71.) ijs iter hoc Hannibalis non rectum, vt properantis, sed in orbem, vtì otio abundantis concipitur. Verùm optimus P. Kirch. alium errorem in huius excusationem fortasse adducet, nempe * situm Labici ad Oppidum Valmontonis, (vt paulo postea se ostensurum promittit) à quo transitus sub suo Algido ad Tusculum dabatur: quo tamen assumpto vtì non potest, quia infrà (promissi immemor) libr. iv. cap. ij. fol. 120. * in Viâ Prænestinâ atque in loco vbi nunc Oppidum *Zagarolo*, *urgentibus rationibus Labicum manere* imperat. Quo etiam admissio, & Labico à dextrâ suæ Viæ Labicanæ ad dextram Prænestinæ translato; adhuc iter Hannibalis ad sinistram Latinæ per Algidum fuerit; vnde Algidi dorsum cum Tusculano non verò cum Albano Monte continuari rectè ex Strabone percepimus. Vtque aliquid de * vero Labici situ, vltra Holstenij authoritatem, 367 illud ad Oppidum Columnam reponentis, degustemus; afferam hìc è meis ad opus quod meditor de Agro Suburbano Aduersarijs, exemplar sequentis lapidis ibi nuper reperti, & in muro Vincæ de Lazari- nis hodie infixi; ex quo, nedum ipse veteris Oppidi situs patet; sed insuper, cur eadem milliariorum XV. di-

distantiâ, quam Strabo Labico attribuit, Antoninus in Itinerario, & Tabula Peutingeriana AD QVINTANAS adnotent, manifestum fit: ijdem enim

D. M.

PARTHENIO. ARCARIO

REL. PVBlicAE

LAVICANORVM

QVINTANENSIVM

ex hoc perquam insigni marmore, * LAVICANI, àc
QVINTANENSES, vt illis tandem P. Athanasius 368
Kircherius sedem certam, & mansuram statuatur.

Quid tandem agemus de Gronouio, qui III. Differt. Epist. ad Goef. locum præallatum Liuij, integrum quidem, & rectum, se emendare iactans, mirè hæc omnia agit, vt deinde * pro *Algido*, *Pedum*, nedum Liuius, sed Silio contradicente, nullâque similitudine reponat? O quam fecundam dictionum, & scommatum segetem colligeret hinc tot probris dilaceratus Marcus ille Meibomius, vnde suum Antagonistam vicissim impeteret, & *Pedo* isti tam inopportuno oppederet! Nos equidem talibus parentes, Te, aliosque succinctè monebimus, in tribus granissimis Gronouium falli. * Primò in strictâ vbique acceptione *Algidi* pro Oppidulo cognomine, ad radices sui 370
Montis in Viâ Latinâ iacente; quod tamen idem Liuius, omnibus in locis per Gronou. allatis, non de ipso Oppido *Algidi* intelligi permittit, sed de Monte aut dorso eiusdem, non modicam extensionem habente; itaut haud temerè à Silio in eâdem itineris Hanniba-

nibalici descriptione lib. xij. pluralitatis nomine vocetur . . . *nec amoena retentant*

- Algida* . . . tot enim (Poëtica præsertim figurâ loquendi) Silio Poëtæ Montes, quot vertices vnus licet Montis videri potuerunt. * Fallitur iterum
- 371 Gronouius, dum insulsè quoad alios ex Strabonis, vt credit, sed malè explicati sententiâ; perridiculè verò quoad nos, quibus magis quàm Gronouio domus sua, loca isthæc nota sunt, inter Albanum hinc Montem, & Tusculi indè, atque Algidi iuga, Vallem illam profundam, & per plura passuum millia protensam, aperiri inficiatur; & giganteâ machinatione Vallem claudit, & continente tractu ab Vrbe Tusculo ad Albanum Montem aggerem stupendum, vt minùs, XXV. stadiorum, per otium ducit; & tamen ex Strabone ipso non obscurè disiunctio vtriusque verticis, conualle mediante, colligitur, ijs verbis, prædictis proximis, *χωρηχὴ δ' ἐστὶ καὶ τῶν Ἀλβανῶν ὅθεν ὑποσώπεται*, huic [Tusculo] *continenter adiacent partes ad Albanum Montem inclinantes*. * Fallitur demum, dum locum Strab. lib.
- 372 v. de deriuatione Viæ Latinæ, aliàs per nos in Dissert. I. num. 44. expensum, *Incipit Via Latina ab Appiâ, ad sinistram ab eâ prope Romam deflectens, ac super Tusculanum Montem transit inter Tusculum Oppidum, & Montem Albanum*, vt ad suam thesim accomodet, grammaticè, sicçèque de transcensu verticis Tusculani interpretatur; quod nos *παραγματοῦς ἀληθείας*, de eâ, quam diximus, sublimi ad latera collis Tusculani Viæ Latinæ conscensione exponimus, & loco ipso adiuuante opiniosis huiusmodi ostendemus.

Ro-

Romanis Aquæductibus Ciminiam Aquam, quæ
 P. Victoris * XIV. est, quomodo applicare possimus,
 ne mente quidem concipere scirem, nisi eandem cum 373
 Sabatinâ coniungendo, vt summo viro * Fulvio
 Ursino placuisse vidi, in margine Aldini codicis an- 374
 no MDXII. Venetijs impressi, (cuius mihi erudi-
 tione, vitæque genere eximius Abbas * Michael An-
 gelus Riccius copiam fecit) vbi *Ciminia, vel Saba-* 375
tina, proprio chirographo adnotauit. Non quòd Ci-
 minum Lacum, alium à Sabate non agnoscam, tam
 apud Strabonem lib. v, quàm apud Silium Punicor.
 lib. viij. in locis à Cluuer. in suâ Ital. Antiq. allatis
 lib. ij. cap. iij. fol. 559 : sed quia, vel locorum vicinitas
 Victorem, & Authorem Notitiæ, sæculo non admo-
 dum erudito, fefellit : vel Saltus Cimini amplitudo, à
 T. Liuiio lib. ix. summopere magnificata, Sabatium
 quoque Lacum comprehendebat.

* Pancirolus in Notis ad P. Victorem, denominatio-
 nem deducit à *Ciminiâ Sylua prope Agrum Tuscula-* 376
num, de quâ Plin. lib. ij. cap. xcvi, vnde eandem esse
 potuisse cum Argentianâ, in spem erecti fuimus ; sed
 clarissimum virum defectu interpunctionis sui codicis
 lapsum credimus, quæ enim tanquam diuersis locis
 posita Plinius separat, iste diuisionis notâ sublatâ, fortè
 coniunxit : hæc namque sunt Plinij verba, eo in loco,
 vbi varia terrarum miracula refert, *Ad Aras Murtias*
in Veiente, & apud Tusculanum, & in Syluâ Ci-
miniâ, loca sunt, in quibus in terram depacta non
extrahuntur.

XV. * Sabatinam, eam Aquam fuisse conijcimus

ex Front. num. 56. quæ ex ipso Sabate Lacu deriuata, in Alfietinam circa Careias immittebatur. Textus cum aliquo leui mendo ita se habet, *Alfietinæ conceptionis modus, nec in Commentarijs ascriptus est, nec in re præfenti certus inueniri potuit, cum ex Lacu Alfietino, & deinde circa Careias ex Sabatino, quantum Aquarij temperauerunt, habet non plus quinarijs duobus millibus.*

* XVI. * Aurelia, eadem ac Traiana dicenda est; 378 quia Traiana ista longo spatio secus Viam Aureliam Romam deferebatur, vt iam ostendimus.

* XVII. * Septimianam, à principali aliquo Ductu 379 ad nouos vsus tractam, & denominatam putat Nardinus lib. viij. cap. iv. Sed nos minutam huiusmodi enumerationem secundarum, caducarumque (vt ita dicam) Aquarum à Victore excludimus: cum cæteræ omnes, vel proprios Aquæductus habuerint, vel proprium nactæ nomen, eorum pars magna fuerint. Vanitatis enim notam meritò incurrisset, qui Aquæ ex propinquo Castello deductæ, nomen suum relinquere cogitasset.

Thermas Seuerianas à Septimio Seuerò nuncupatas (vt Spart. in eius vitâ refert) in primâ Regione Portæ Capenæ, quæ longè extra Urbem, comprehenso Alnone Fluuiolo, & Vico Camœnarum exporrigebatur, Victor, & Notitia concorditer describunt. Unde coniectare licet, * Aquam XIII. ex nostris, quæ ab 380 Appiæ dorso versùs hanc Regionem ferebatur, Septimianam, quam quærimus, forsan dictam: quod eò probabiliùs se habet, quò illum tantum Ductum sine nomi-

nomine, & finè authore ex præmissis comperimus.

XVIII. * Seueriana (postquam synonymiâ Victorem abundare vidimus) alio nomine eandem Aquam 381
siue Septimij Seueri, siue Seueri Alexandri, significare potuit.

XVIII. * Antoninianam Aquam Marciae Duæui accessisse, ostendit inscriptio quam in I. Dissert. ante 382
num. 31. attulimus, ad Arcum, sub quo olim Via Collatina indubiè transibat, hodie Viæ recenti Tiburtinæ (nam vetus ad meridionale latus Castrî Prætorij, vt diximus, protenditur) inseruientem.

* P. Athanasius Kirch. *en τῷ παρέρῳ*, authorem huiusce perductionis, & inscriptionis facit M. Aurelium 383
Antoninum Antonini Pij filium, in Latio lib. iv. p. ij. cap. vij. fol. 208; qui etiam * Antonini Pij inscriptionem de resectis Claudia, & Anienis Nouæ Ductibus 384
ad Portam Maiorem citat lib. ij. par. j. cap. j. fol. 31. Sed caue ab utroque dicto, nam tertia inscriptio ad Portam Maiorem, quam de Antonino vult intelligi, est T. Vespasiani, in hanc sententiam exculpta:

IMP. T. CAESAR. DIVI. F. VESPASIANVS. AVGV-
STVS. PONTIFEX. MAXIMVS. TRIBVNIC
POTESTATE. X. IMPERATOR. XVII. PATER. PA-
TRIAE. CENSOR. COS. VIII
AQVAS. CVRTIAM. ET. CAERVLEAM. PERDV-
CTAS. A. DIVO. CLAVDIO. ET. POSTEA
A. DIVO. VESPASIANO. PATRE. SVO. VRBI. RESTITVTAS. CVM
A. CAPITE. AQVARVM. A. SOLO. VETVSTATE. DILAPSAE
ESSENT. NOVA. FORMA. REDVCENDAS. SVA. IMPENSA
CVRAVIT

alia vero in Arcu ad Viam Collatinam, procul dubio ad Caracallam Seueri F. pertinet. Commune equi-

dem vtrique nomen M. AVRELII. ANTONINI
cum adiectis titulis PII. FELICIS. AVG. PAR-
THICI. MAXIMI fuit, sed titulus * BRITTAN-
385 NICI. MAXIMI Caracallæ vnicè conuenit: & ita
similibus prorsus titulis honestatur in sequenti inscrip-
tione apud Grut. pag. clj. 4.

IMP. CAESAR. M. AVRE
LIUS. ANTONINVS. PIVS. FE
LIX. AVG. PARTHICVS. MAX
BRITANNICVS. MAX. P. M. P. P
COS. III. DES. IIII. *

VIAM. INVNDATIONE. AQVAE
INTERRVPTAM. RESTITVIT

in quâ, consulatus quarti designatio præterea in An-
toninum Pij F. non cadit, nam is tertio tantum Cos.
reperitur, & eo anno, quo obitus eius contigit, quo-
uè tertio pariter Cos. inscribitur in nummis apud Oc-
con. sub TRIB. POT. XXXIII. pag. 294. & 295.
nondum * designatio in annum sequentem assumi po-
386 terat, cum hæc non nisi ad finem vergente anno vsur-
petur, ipse autem mense Martio diem clausit, ut ex
Dionis excerptis, & communiter ex Fastis notum est.
Breui, adeò tritum hoc est ex frequentia nummorum
cum hoc *Britannici* titulo, quorum apud Occon. vl-
tra XL. videbis; ut apud eruditos, Caracalla Britan-
nici nomine signari soleat, quò à Pij filio, & Helio-
gabalo distinguatur. * Si verò postules, unde Anto-
387 niniana hæc Aqua à Riua Appiæ deduci potuerit, &
quomodo per opus arcuatum ad Hippodromum Ca-
racallæ in Viâ Appiâ, & inde rursus per Latinam in
Ther-

Thermas Antoninianas deueniret, vt ὁ πρῶτος Ligorius
in suis de Aquæduct. Collectaneis intrepidè firmat,

. *nihil plus agas,*

Quàm si des operam, vt cum ratione insanias.

XX. * De Alexandrinâ Aquâ, integram nostram
Dissertationem perlegere poteris; quæ, nî fallimur, 388
evincit, hanc eandem esse Aquam, proprio Ductu,
atque insigni opere arcuato à Seuero Alexandro Cæ-
sare, & postea à Sixto V. Pontifice Maximo, alio
quamuis itinere, Romam deuectam.

Ex quattuor sequentibus, quæ in nouo Victoris
Codice reperiuntur.

XXI. * Anio Nouus, &

XXII. * Anio Vetus, sunt ex ipsis IX. Ductibus 389
Frontinianis. 390

XXIII. * Albudina Claudiae pars fuit, vt ex Fron-
tini sequentibus verbis patet num. 20. *accipit* [Clau- 391
dia] *et eum Fontem qui vocatur Albudinus, tantæ
bonitatis, vt Marciae quoque adiutorio, quoties opus
est, ita sufficiat, vt adiectione sui nihil ex qualitate
eius mutet.*

XXIII. * Crabra demùm eadem cum Dannata
fuit, vt suprà plenè ratiocinati sumus. 392

Notitia Imperij nîl noui affert vltra iam dicta, præ-
ter nomen nescio cuius Aquæ * Setinæ, quam satîs
bonâ coniecturâ Nardinus opinatur errore alicuius 393
imperiti Librarij, diuiso Alstetina nomine confictam,
Alstiam, & *Setinam*, pro *Alstetina* reponendo: aliud-
que, * Aufeiae, quæ vetus Marciae appellatio fuit, iuxta
Plinium lib. xxxj. cap. iij. *Vocabatur hæc* [Marcia] 394

quon-

quondam Aufeia, Fons ipse Piconia.

Non indiſtæ abibunt, nonnullæ, quæ adhuc è vetuſtate remanere creduntur, ſubterraneæ prorfus Aquarum Formæ; * altera inter Eccleſias Sanctæ Anaſtaſiæ
 395 in Circo, & S. Georgij in Velabro ſe oſtendens, & ſtatim in Cloacæ maximæ ſpecum ibi proximum il-
 * labens: * altera ſub ædibus Grimanorum ad Quirina-
 396 lem: * tertia denique non longè fluens, in Puteo Phar-
 * macopolij ſub ſigno Regis Mithridatis, in Viâ B. Vir-
 397 ginis Conſtantinopolitanæ, quam eandem eſſe dicunt cum eâ, quæ ad Plateam Vlmi ſub Officinâ Tinctoriâ viſitur, & incerto exitu verſus Occidentem, & Tiberim fertur. Omnes autem iſtas, tamquam Romanæ in his Ductibus magnificentiæ ſubdititium opus, à familiâ Aquæductuum, de quibus loquimur, ſubmouendas cenſemus: tum ex modicâ, eâque inſtanti quâ inſtruuntur Aquæ copiâ, quam incongruum eſt è longinquo aduectam opinari, dum aquoſum, herbidumque ſolum circa Urbem, atque in ipſâ Vrbe, neque Aquarum inopem experimur; & plana præſertim ſub collibus loca, venis etiam ceſſantibus, percolatâ, & penetrante Aquâ pluuiâ, frequenter in hac cæli tem-
 perie deciduâ, varijs laticibus ſcatere, minimè mirum eſſe poteſt: tum etiam ex humili, atque abiectâ ſtructurâ, præ illa quam in noſtris Aquæductibus ſuſpicimus; vnde propiùs eſt, vt Riuos hoſce, inglorio humore latentes repere ſinas, quàm quòd eiſdem

. *des nominis huius honorem.*

* Si quid enim ex antiquo iactant, * non propterea ad
 398 præcipuas Aquas referendæ ſunt, ſed ad Urbanos Fontes,

tes, olim Urbem, vel Suburbia irrorantes, de quibus Galenum, loco in nostrâ anteced. Dissert. num. 206. relato, meminisse vidimus. Ex horum numero* Petronia Aqua in Campo Martio fuit, de quâ ita Festus. 399
*Petronia, Amnis est in Tiberim profluens, quam Magistratus auspicatò transeunt, cùm in Campo quid agere volunt, quod genus auspicij perenne vocatur; Amnem autem femininè antiqui enunciabant.** Item-
 que Mercurij Aqua propè Portam Capenam (decur- 400
 sui eius, quæ sub S. Anastasiâ, ex nostrâ de Portâ Capenâ traditione, proximâ) Ouidio lib. v. Fastorum ad finem memorata,

*Est Aqua Mercurij, Portæ vicina Capenæ,
 Si iuuat expertis credere, numen habet.*

Vel demum* Iuturnæ, Pici & Fauni, aut Lupercalis
 Fons, aliæuè, quas Nardinus congerit lib. viij. cap. iv. 401
 pag. 502.

Deliciolum nostrum Ligorius, vt cum eo Dissertationem, simulque librum iucundè claudamus, inuiso, seu inuito Festo,* Petroniæ Amni cursum, atque etymon, ita dare voluit in suis Collectan. lit. P. Petronia, 402
È Petronio. E nome di Fonte, e di picciolo Fiumetto, che corre nel Tevere; e si stima, che sia quel Riuo bello, e chiaro, che viene dalle radici del Colle Palatino, e si dice la Fonte di S. Giorgio, dalla Chiesa vicina, che vi è edificata. Fù detta Petronia, dal nascere sotto della Pietra. Alibi, vt inuentiunculis abundabat, Fontem istum ad S. Georgium, putauit esse Fontem Euripi, qui in Circo maximo fluebat, si Holstenio 403
 illum referenti credimus in Annotat. ad Ortelij The-
 faur.*

faur. Geograph. verbo *Iuturna* pag. 101. (nam ubi hoc dicat, in tantâ eius librorum farragine perquirere, operæ pretium esse minimè duxi) quasi tenuis hæc venula, fossæ X. pedibus profundæ, totidem latæ, vt Dionys. lib. iij. eam describit, milliarisq̃ue propemodum spatij implendæ, sufficere posset: dum* Agrippæ
 404 Euripo, cui ipsa nomen dedit, CCCCLX. quinarias Aquæ Virginis datas legimus in Front. num. 71.

*
 405 Nardinus lib. vj. cap. ij. pag. 324. ex eodem Ligorio affert, Aquam Fontis ad Plateam Matthæiorum, æreis Puerorum, Testudinum, & Delphinûm signis spectandi, ab Augusto ad vsum alterius Euripi ad Circum Flaminium olim deductam. Sed huius deceptio euidentis est; nam Ligorium non de Aquâ illius Fontis, quæ in summo saliente Sixtina, seu Felix; in quatuor autem minoribus fistulis ex ore Delphinatorum prodeuntibus, Virgo est; sed de aliâ quam diximus sub Officinâ Tinctoris, ædibus Matthæijs ex alio latere occidentali, Viâ tantum dirimente proximâ, loquutum fuisse, quolibet pignore certauerim: huius enim gratiâ, quæ antiqua (nec iniuriâ) creditur, suum quoque Euripum excogitasse Ligorium, verisimile est; cur enim huic obstet Nardini observatio, Circum videlicet Flaminium nullo Euripo circumdatum reperi-ri? nec enim, iuxta vetus adagium, hæc curat Hippoclidēs; non adeò, inquam, morosus, & de veritate anxius est Ligorius, qui se solum sibi sufficere semper professus est, vt secum summo iure agere debeamus.

Matthæium autem Fontem XXXVI. pedibus Aquâ hâc Fullonicâ sublimiorem, non incognitas Aquas, sed

fed Virginem, & Felicem, vt diximus, fundere, turpiter ac pueriliter Nardinus ignorauit, qui dum alterum carpere credit, sibi ipfi turbas, & lites conciuuit; iterumque cap. vij. prædicti lib. vj. pag. 537. in eadem tenebras recidisse videtur, dubitans adhuc, an Aqua Fontis Matthæiorum, Petronia dicenda sit; quod cordato homini, harum præsertim rerum studijs vacanti, ne quidem in mentem cadere debuisset.

Ohe iam satis est, ohe libelle,
 prolixâ lectione lassus, occines mihi cum Martiale
 tuo: Riuos ergo claudere tempus est; totâque,
 quam ad dicendum abundanter sumpsi-
 mus, Aquâ exhaustâ, tandem ex
 Fori lege sileamus. Tu Ami-
 ce longum vale. Da-
 bam ex Museo,
 v. Kalendas
 Octob.

AERA. CHRISTI.
 MDCLXXIX.

FINIS

I N D E X

R E R V M E T V E R B O R V M M E M O R A B I L I V M

QVAE IN HOC OPERE CONTINENTVR

Numeri apppositi, numeros marginales designant

A

A Cademia experimentalis Roma.	65	de eâ in marmore encomium.	97
Aëus duplicati mensura.	214	Albudina Aqua.	391
Aedilitas M. Agrippæ.	210	pars Claudiae . <i>ibid.</i>	
quando contigerit.	211	Aldus Manutius nepos notatus.	14
de eâ, Pyrrhi Ligorij fraus.	<i>ibid.</i>	Alexander Aug. Aquâ perduxit.	23
Agonensis Porta.	252	an eam quæ ad Ianiculum.	89
Aeneæ Vici, de nummo Arcus Drusi		an eam quæ ad Portam S. Sebastiani.	86
error.	79	eius ædificia extantia.	108
Agger Seruij Tulli.	245	Cænotaphium, vbi.	113
an idem cum Aggere Tarquinij.		nummus cû Thermis & Fonte.	23
254		an cum Sinu Baiano, vt Iacobus Oiselinus explicauit. <i>ibid.</i>	
Famiani Nard. in hoc error.	255	Nymphæum.	90
à Tarquinio perfectus.	<i>ibid.</i>	eius, & Mamæ Matris sepulchrum.	
ad eundem Portæ tres.	245	60. 108	
Agonensis Porta.	252	eiusdem amplitudo.	113
M. Agrippa Crabram emisit.	269	species hodie.	113
Ducius restituit.	69	an in Viâ Labicanâ cum P. Paulo	
an Aquam Marciam restituerit,		Aringo.	110
eamque Augustam vocauerit cum		suum Aquæductum prospiciens.	
Angelon.	358	112	
nomine Vipsanij non vsus.	212	de eo, relatio Flam. Vaccæ.	110
eius Aedilitas. V. Aedilitas.		eius Thermæ.	108
obitus.	211	vestigia earum, vbi. <i>ibid.</i>	
Albanæ Vallis per Iac. Gronouium		an ad eas Aqua à Portâ S. Sebastiani ferri potuerit.	86
sublata.	371	Alexander Donatus laudatus.	259
Albanns Mons.	45. 364	eius de ambitu Urbis & Athenarum opinio.	258
L. Albinij pietas.	96	de	

I N D E X

de Rino Herculaneo æquiuocatio.

338

de situ Nauualium opinio. 304

Alexandri Vicus Viâ Ostiensis. 296

prope eum, Tiberis à veteri cursu

denius, quomodo probetur. 302

Alexandrina Aqua. 23. 265. 388

eius acquisitiones. 15. 114

